DE ARISTOPHANIS TRIMETRORVM COMPOSITIONE ARTIFICIOSIORE.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM
ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

RICARDVS KLAVER
OFFENBACENSIS.

MARPVRGI CATTORVM
TYPIS ACADEMICIS IOH. AVG. KOCH
MCMV.

Angenommen von der philosophischen Fakultät am 15. Febr. 1905.

PARENTIBVS
OPTIMIS.

Index capitum.

Quid intersit inter artem, qua iambicum trimetrum acatalecticum composuerint lyrici poetae, et licentiam, quam sibi sumpserint comici, quam licentiam maximam dicas si admirabilem respexeris regularum multitudinem observatarum in trimetris tragicorum, ex Porsonis temporibus usque ad nostram aetatem viri dd. quaerere ac demonstrare non sunt gravati, atque inter alios de usitatissimo illo apud Graecos versuum genere optime meriti sunt Carolus Fridericus Muellerus [1]) nec non Iohannes Rumpelius.[2]) Intentissima enim cura hi viri dd. tragicorum trimetros, Rumpelius lyricorum et Aristophanis quoque versus pervestigaverunt, quaesiverunt regulas exceptionesve metricas, numeraverunt tribrachos dactylos anapaestos, invenerunt rationem hanc: singulae insunt solutiones (quo nomine tribrachos dactylosque comprehendunt hi viri dd.) in lyricorum versibus 17—18, in Sophoclis vv. 16, in Aeschyli vv. 13, in Euripidis vv. 4—5, in Aristophanis vv. 2—3.

Accedit vero, quod attinet ad Aristophanem, anapaestorum quos cyclicos nominare placuit viris dd. larga multitudo, ut in Aristophane haec potius ratio sit instituenda: insunt in 8188 trimetris iambicis, qui exstant in fabulis Aristophaneis nobis servatis, ut utar numeris, quos offert Rumpelius l. l., tribrachi 2625, dactyli 1465, anapaesti 3779 numero; solutiones igitur metri 7869 in versibus 8188, singulae in versibus 1,04 fere.

Paucos exstare versus Aristophaneos, qui nullum contineant pedem solutum, ex hac ratione satis superque apparet. Nonne eo

---

1) C. F. Mueller, de pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Berol. 1866.

2) Johannes Rumpel, Die auflösungen im trimeter des Euripides. Philol. tom. XIV. pg. 407 ss.; Die auflösungen im trimeter des Aeschylus und Sophocles. Philol. tom. XXV. pg. 54 ss.; Der trimeter des Aristophanes. Philol. tom. XXVIII. pg. 599 ss.

magis tales versus elegantius conformatos dignos esse, qui accuratius considerentur, nonne ut inter lyricorum trimetros illos, qui admittunt solutiones, ita inter comicorum illos, qui omnino carent solutionibus, maxime memorabiles esse concedendum est? Mihi quidem operae pretium esse visum est quaestionem instituere de comoediae quae *ἀρχαία* vocatur trimetris indissolutis — liceat enim hac voce uti — qui nobis servati sunt, idque eo magis, quo magis vidi non casu hic accumulatos, hic parcius eos esse adhibitos, sed certo quodam consilio commotos poetas hunc vel illum versum composuisse arte exactiore.

Praefatio.

1.

Quattuor trimetri iambici acatalectici formae a grammaticis commemorantur [1]), quae suo iure reducuntur ad formas tres nobisque notae sunt sub nomine trimetri lyrici tragici comici. Zielinskius optime ille de comoedia meritus iam tria haec trimetrorum genera in comoedia reperiri cognovit [2]), sed cum non accuratius fusiusque egerit de tribus his generibus, proximum erit, ut paucis rem exponam.

Primi illius generis trimetros, de quibus in tota hac quaestione mihi res erit, non lyricos, sed indissolutos nominare mihi liceat, quippe qua appellatione dilucide eorum forma significetur haec:

⏓ — ⏑ — | ⏓ — ⏑ — | ⏓ — ⏑ — ||

Secundo deinde generi quod tragicorum versuum genus nominatur versus tribuam has tragicorum leges non violantes:

tribrachi, etiamsi ex compluribus vocabulis constant, in primam usque ad quintam versus sedem admittuntur,

---

1) Quattuor formas schol. discernit ad Hephaest. VI ed. Gaisf. p. 183: *τοῦ δὲ ἰαμβικοῦ μέτρον χαρακτῆρές εἰσι τέσσαρες, τραγικὸς, κωμικὸς, σατυρικὸς καὶ οὕτω πῶς ἰδίως λεγόμενος ἰαμβικός* (i. e. lyricus qui nominatur trimeter).

2) Th. Zielinski in libro qui inscr. „Gliederung der altattischen Komoedie" p. 292 ss.

dactyli, etiamsi non in uno insunt vocabulo in prima sede tertiaque;

anapaesti nominum propriorum in omnibus sedibus nisi in ultima conceduntur, cum anapaesti appellativorum in prima tantum sede ferantur, quos neque ex compluribus vocabulis compositos esse permissum est neque ortos esse ex accessione augmenti. Non equidem nescio Euripidem ipsum ultimas has leges interdum violasse[1]), sed ut tragici versus forma, quoad fieri potest, dilucida atque circumcisa statuatur, ne illos quidem comoediae versus tragicos nominabo, qui, praeterquam quod plures duabus continent solutiones, ad tragicam normam conformati sunt.

Tertii denique generis omnes sunt versus, qui illas tragicorum leges vel ut cautius dicam, qui leges supra a me descriptas non sequuntur, atque hoc est genus trimetrorum quos comicos appellare liceat.

Quo vero accuratius possit perspici, quonam iure in comoedia tria illa trimetrorum genera constituantur, fabulas perquisivi Acharnensium Vesparum Pluti numerosque collegi versuum indissolutorum tragicorum comicorum. Ratio quam inveni haec est:

Trimetri insunt	indissoluti	tragici	comici
in Acharnensibus	272	244	265
in Vespis	243	257	251
in Pluto	348	310	341.

Videmus trimetrorum, qui unicuique fabulae inserti sunt, tertiam fere partem constare ex versibus indissolutis, tertiam fere ex versibus tragicis, tertiam fere ex versibus comicis.

Haec, puto, sufficiunt quibus excusem libertatem, qua usus sum in tribus illis trimetrorum generibus constituendis. Pluribus vero excusem necesse est, quod inter leges quas sibi scripserint tragici subtilem illam et nusquam ab illis violatam enumerare omisi legem quae nominatur Porsonis.

Quae lex, cum tragicorum fere nullus exstet versus, qui eam frangat, ab Aristophane sane saepissime neglecta est non in comicis solum versibus sed etiam in indissolutis et tragicis, quod

1) Mueller l. l. pg. 138 s.

premendum mihi est quam maxime, cum tamen tot locis apertissimum sit Aristophanem id curasse, ut legitimos et puros et ad normam cadentes senarios proponeret. Itaque venia nobis petenda est; ubicumque enim de tragicis trimetris huius quidem poetae locuturi sumus, id ita intellegendum esse teneas, ut de Porsoniano edicto ne cogitemus.

Aristophanes sane hanc quoque rei metricae subtilitatem sensit. Cum lege severiore sese obstringere nollet, tamen intra tria illa trimetrorum genera non pari licentia usus est, nam in trimetris elegantioris formae componendis paulo accuratius curavit legem Porsonis quam in ceteris. Exemplo sint Acharnensium trimetri. Cretici versum concludentes, sive praecedat vocabulum spondiacum sive non praecedat, intra Acharnensium trimetros indissolutos singuli exstant in versibus 2, 69, intra trimetros eiusdem fabulae tragicos in versibus 2, 74, intra trimetros comicos in versibus 2, 67. Pares ergo condiciones unicuique versuum generi sunt, attamen res ita se habet: inter centenos versus, qui cretico finiuntur, trimetri sunt indissoluti 62, 38, tragici 58, 42, comici 56, 57, qui non violant legem Porsonis. Ergo vel ex neglecta ista lege recte illam tripartitionem se habere apparet.

Haec habeo quae praemittam de formis trimetrorum, quae in comoedia inveniantur. Priusquam autem ad rem propositam ipsam aggrediamur, quaerendum nobis erit, qua via totam quaestionem de trimetris indissolutis instituamus.

2.

Acharnensium fabulam, quae primam nobis se offert inter Aristophanis fabulas, in hac paragrapho obiter perscrutemur. Ex tota versuum indissolutorum multitudine illos solum respiciam, ex quibus mea quidem sententia plurima disci possunt. Ut autem graphice tria illa trimetrorum genera distinguam, in tota hac quaestione unam anteponam stellulam versibus tragicis, duas stellulas versibus comicis; indissoluti sunt omnes quibus nihil praefixum est.

Inspiciamus Acharnensium prologum: in primis 16 versibus unus inest, qui nullum continet pedem solutum, versum dico 12

πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν;

Tragico vel grandiore sono hic versus recitandus est, tragici sermonis more verba sunt collocata (*μοῦ . . . τὴν καρδίαν*), quod certe risum movit artificium: rusticus homo, qui tragicae personae magnificentiam imitatur verborum.

Deinceps videamus versus 26 s.

⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ *εἰρήνη δ' ὅπως*
ἔσται προτιμῶσ' οὐδέν· ὦ πόλις πόλις.

Dicaeopolis cives accusat; magnum opprobrium est, quod tragica gravitate inicit in Athenienses.

Multo vero magis quam Athenas ruris amoenitatem ac quietem desiderat:

(*λογίζομαι*) (31)
στυγῶν μὲν ἄστυ, τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποθῶν 33
ὃς οὐδεπώποτ' εἶπεν „ἄνθρακας πρίω“,
οὐκ „ὄξος“ οὐκ „ἔλαιον“ οὐδ' ᾔδη „πρίω“
**ἀλλ' αὐτὸς ἔφερε πάντα χὠ πρίων ἀπῆν.*

Rustici hominis desiderium vere poetica arte Aristophanes descripsit versibus diligentius perpolitis, quorum ultimus solus unam continet solutionem.

Ne quis offendat in hoc versu tragico, quem attuli, cum de versibus indissolutis agere mihi proposuerim, haec mihi in universum praemittenda sunt. Diligentius hos trimetros compositos esse atque inter versuum laxioris artis multitudinem suavius decurrisse ad aures auditorum nemo est qui neget. Evenit solutio una in versu 36. Nimirum ea libertas poetae fuit, ut non solum tragicos, sed etiam comicos trimetros, ubi placebat, inter indissolutos collocaret. Accedit, quod inter vocabula quibus comicos uti necesse est, nonnulla sunt omnino non apta metro puro iambico, e. gr. vocabula *ἀγορά ἀγοράζειν* sim., *πρύτανις πρυτανεῖον, νεφέλη, θεράπων, μειράκιον* aliaque deminutiva eiusmodi, *κακοδαίμων, ἕτερος, προσιέναι* similia.

Iam alios Acharnensium versus inspiciamus:

ἐμοὶ σὺ ταυτασὶ λαβὼν ὀκτὼ δραχμὰς 130
**σπονδὰς ποίησον πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ*
καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάτιδι·
ὑμεῖς δὲ πρεσβεύεσθε καὶ κεχήνατε.

His versibus, qui nullos continent pedes solutos nisi in voce *Λακεδαιμονίους* non evitabili, Dicaeopolis Amphitheo ea explicat, quae iam facienda sint, et actionem parat ipsam. Itaque ad auditores haec maiore sono recitanda sunt, quia omnia in hac fabula initium ducunt ab ipso hoc foedere. —

Athenienses, ubi Sitalcorum exercitum appropinquantem viderint, Sitalcorum rex dicturos esse putat:

ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων προσέρχεται. 150

Rettulit haec Theorus. Postea eodem modo Amphitheus Acharnenses dixisse refert:

σπονδὰς φέρεις τῶν ἀμπέλων τετμημένων; 183

Ecce duo monosticha indissoluta. —

ἐγὼ δὲ φεύξομαί γε τοὺς Ἀχαρνέας[1]) 203

Amphitheus hunc versum recitans abit, itaque scaena eo concluditur. Praeterea hic versus memorabilis est, quia meris ex iambis constat, aptissimus, qui a fugiente recitetur. In memoriam tibi revoces Catulli phaselum, qui „ait fuisse navium celerrimus.“ —

καίτοι δέδοικα πολλά· τούς τε γὰρ τρόπους
τοὺς τῶν ἀγροίκων οἶδα χαίροντας σφόδρα
ἐάν τις αὐτοὺς εὐλογῇ καὶ τὴν πόλιν,
ἀνὴρ ἀλαζὼν καὶ δίκαια κἄδικα·
κἀνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπωλώμενοι·
τῶν τ' αὖ γερόντων οἶδα τὰς ψυχὰς ὅτι
οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν.

Ad Athenienses poeta sermonem direxit. Versibus graviter decurrentibus cives perstringit verbis acerbissimis strictisque iambis quasi gladio. —

Deinde insistamus in versu 571. Lamachus in scaenam prodit movetque risum maximum. Armatus enim eius portentosus ac monstruosus est, incessus militi illi Plautino simillimus ac ne rerum concentus violetur, ut merus *σαλπιγγολογχυπηνάδης* Aeschylea fere utitur dictione:

---

1) Varia lectio exstat *φευξοῦμαι* in cod. R, cui ea de causa praeferendum esse puto *φεύξομαι*, quia augetur volubilitas metri. Praeterea vide quae attuli in partis tertiae § 1.

*πόθεν βοῆς ἤκουσα πολεμιστηρίας; 571
ποῖ χρὴ βοηθεῖν; ποῖ κυδοιμὸν ἐμβαλεῖν;
τίς γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος;

Iam quem primum attuli versus 12 huiusmodi erat. Hic quoque quod risum moveat hoc est, ut persona quae risui datur magnificentiam verborum habitumque personae tragicae imitetur.

Sed videamus versus sequentes:

Dicaeop. ὦ Λάμαχ' ἥρως τῶν λόφων καὶ τῶν λόχων. 574
chorus ὦ Λάμαχ' οὐ γὰρ οὗτος ἅνθρωπος πάλαι
ἅπασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κακορροθεῖ;
Lam. οὗτος σὺ τολμᾷς πτωχὸς ὢν λέγειν τάδε;
Dic. ὦ Λάμαχ' ἥρως ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε,
εἰ πτωχὸς ὢν εἶπόν τι κἀστωμυλάμην.

Hi quoque trimetri tragici coloris sunt. Poeta vaniloquis verbis Lamachi parvam scaenam addidit, quam dixeris hilarotragicam. —

Iam ex reliqua fabulae parte paucos trimetros eligam, quorum primos consideremus versus 742 ss.

ὡς ναὶ τὸν Ἑρμᾶν, εἴπερ ἵξεῖτ' οἴκαδις
τὰ πρᾶτα πειρασεῖσθε τᾶς λιμῶ κακῶς.

Per Mercurium Megarensis homo iurat sonoris versibus. Ita Euripidi sancte adiurat Dicaeopolis:

τουτὶ λαβὼν ἄπειμι κοὐ πρόσειμ' ἔτι· 468. —

Deinde spectatoribus magis quam filiis Megarensis homo quae sint agenda versibus indissolutis explicat:

ἀλλ' ἀμφίθεσθε καὶ ταδὶ τὰ ῥυγχία, 744
κἤπειτεν ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε
ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κοΐξετε
χἠσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.

Hoc quoque artificium nobis iam antea occurrit in considerandis versibus 130/3. —

ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατε. 804
νὴ τὸν Δί' ἀστείω γε τὼ βοσκήματε. 811

Exclamat haec Dicaeopolis, dum intuetur ac contemplatur falsos porcellos. Comprehenduntur autem exclamationes ambae monostichis indissolutis. —

καὶ μὴν ὁδὶ Νίκαρχος ἔρχεται φανῶν. 908

καὶ μὴν ὁδί τις τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς 1069
ὥσπερ τι δεινὸν ἀγγελῶν ἐπείγεται.
ὁδὶ δὲ καὐτός· ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν. 1189

His quidem trimetris indissolutis personae nuntiantur aut describuntur, quae in scaenam prodeunt.

3.

Sufficiunt exempla hucusque allata, quibus via nobis patefiat, qua progrediamur. Multa quidem artificia invenimus, omnia tamen per tria genera disponi possunt. Primum enim, cum de versibus 12; 571 ss. Acharnensium ageremus, ea de causa trimetros elegantius perpolitos esse vidimus, ut tragoediae imitatione, ubi in nugis versemur, risus moveatur spectantium. Quod tamen non tragica solum verborum collocatione ac magnificentia poeta effecit, neque tragica solum versuum forma, sed indissoluta, quo facillime auditorum aures advertantur. Deinde nos non fugit ceterorum quos attuli versuum plurimos eo consilio indissolutos composuisse poetam, quia aut sensus postulabat aut ipse volebat graviore eos sono recitari. Huius generis varias rationes percensui. Sive sancte aliquid adiuretur aut vehementer exclametur, sive dilucidis aliquis verbis iubeatur aut alicuius ipsa verba repetantur, sive veniens describatur persona aut se ituram esse dicat, sive explicetur aliquid spectatoribus aut opprobrio detur, indissolutis vel quatenus fieri potest perpolitis trimetris personae loquentis verba comprehenduntur. Tertium denique genus est versuum, qui consilio poetico vel descriptivo indissoluti vel meris ex iambis conformati sunt. Huiusmodi trimetri illi sunt rustici hominis desiderium enarrantes versus 33 ss. et fugientis Amphithei versus 203.

De tribus igitur trimetrorum indissolutorum generibus nobis res est, quae singillatim nunc erunt pertractanda. Itaque meum erit demonstrare, quomodo singula artificia supra detecta vel quae adhuc intra unumquodque genus nondum tractata lateant adhibuerit Aristophanes, deinde vero, quot eorum ceteri huius aetatis comici noverint, quorum superstites habemus trimetros.

Pars prima.

De trimetris indissolutis in usum parodiae adhibitis.

Caput primum: De parodia tragica.

1.

In huius partis capite primo de illis trimetris iambicis agamus, quos indissolutos Aristophanes conformavit, ut tragici generis dicendi imitatione risum moveat. Exempla inveniuntur permulta, sed in singulis tractandis nova oritur quaestio, quae primo obtutu non levis momenti esse videtur, quosnam illorum versuum ex ipsis tragoediis poeta petiverit, cum, si omnino non sunt Aristophanis sed tragici alicuius, non sit mirabilis forma elegantissima.

Iam supra attuli Acharnensium versum 12

πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν;

Antecedit versus

**ὃ δ'* (scl. *ὁ κῆρυξ*) *ἀνεῖπεν „εἴσαγ' ὦ Θέογνι τὸν χορόν"*.

Nonne multo magis ridenda res fiet, si ipsius Theognidis ponemus esse versum 12? Certe, sed tacent scholia. Itaque de hoc versu nihil statuendum est.

Fingamus vero scholiastam aliquem adnotavisse ex hac vel illa Theognidis fabula hunc versum petitum esse, iam porro mihi esset quaerendum, cum scholiorum in talibus discernendis fidem incertam esse viri dd. docuissent[1]), utrum fides scholiastae habenda esset necne.

Mittamus igitur totam hanc quaestionem, quam eo magis mittere mihi liceat, cum hoc loco meum non sit demonstrare unde Aristophanes indissolutos illos trimetros petiverit, sed quo consilio adhibuerit.

2.

Lamachus, de quo iam supra egi (cf. pg. 12), non solum adversus Dicaeopolim tragicam personam agit, sed etiam in Acharnensium exodo. Vulneratus in scaenam apportatur miserabiliterque

---

1) W. Passow, de Aristophane defendendo, pars II., de fide scholiorum. Hirschbergi 1898.

lamentatur quasi Philoctetes sit Lemnius (cf. vv. 1190 ss.). Postquam substiterunt, qui eum portant, denuo lamentari incipit trimetris iambicis indissolutis, qui aliis metris saepe excipiuntur (cf. vv. 1204, 1214, 1218, 1222). Quo magis vero tragica scaena nascatur, Dicaeopolidi quoque poeta versus indissolutos tribuit 1211, 1213, 1216, 1220.

Quaeramus similia. Bene nobis notum est Aristophanem interdum argumenti exitum ita explicavisse, ut fere tragicus fieret, ante omnes autem in Equitum fabula, quam primam inspiciamus.

Vario iam modo Paphlago Demo probare conatus erat se esse optimum eius ministrum, semper autem Agoracritus eum superaverat. Nunc ei in mentem venit oraculo quodam illum descriptum esse, a quo solo superari possit; inde extremum experitur auxilium:

οὐ δῆτ' ἐπεί μοι χρησμός ἐστι πυθικὸς 1229
φράζων, ὑφ' οὗ 'δέησέ μ' ἡττᾶσθαι μόνον.

καὶ μὴν σ'ἐλέγξαι βούλομαι τεκμηρίῳ 1232
εἴ τι ξυνοίσεις τοῦ θεοῦ τοῖς θεσφάτοις.
καί σου τοσοῦτο πρῶτον ἐκπειράσομαι·
παῖς ὢν ἐφοίτας ἐκ τίνος διδασκάλου; κ. τ. λ.

Hoc ipso oraculo Agoracritus vincit. Paphlago autem, donec desperans concidit, versus recitat 13 numero, quorum indissoluti sunt 7, tragici 4, comici 2, botularius versus 4, quorum indissoluti sunt 2, comici 2.

Neminem esse puto qui neget poetam indissolutis quos adhibuerit trimetris vere tragicam hanc fabulae scaenam conformasse. —

Pacis deinde exodum consideremus. Armorum artifices venditoresque, postquam pax facta est, nesciunt quo victum quaerant; desperantes in scaenam prodeunt lamentanturque miserabiliter. Versus inspiciendi sunt 1210—1264, quorum illis tributi sunt versus 18 numero, indiss. 12, trag. 3, com. 3. —

In Lysistratae fabula Lacedaemonii et Athenienses pacis faciendae causa conveniunt. Dolo atque insidiis mulierum callidissimarum coguntur; desiderio illarum fere confecti sunt. Virorum autem miseria ridiculum in modum a choro *συμφορά* nominatur

(cf. v. 1078) atque totam hanc scaenam, quae tendit a versu 1074 usque ad versum 1107, tragicam poeta conformavit. Versus vero 34 sunt numero, indissoluti 22, tragici 9, comici 2. —

Reliquum est exemplum, quod inest in Nubibus. Etsi non in fabulae exodo positum est, tamen illis quae attuli est simillimum.

Res est de Nubium versibus 1260 ss. Amynias faenerator prodit, qui curru vehens incommoda accepit. Deplorat calamitatem, deplorat pecuniam, quam nondum ei Phidippides reddidit. Scaena haec tragici est coloris; tendit a versu 1260 usque ad versum 1271, quorum 12 versuum indissoluti sunt versus 9, trag. 2, com. 1.

Cf. cum versibus 1264 s.

ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
ἵππων ἐμῶν, ὦ Παλλὰς ὥς μ' ἀπώλεσας.

versus quos supra attuli

ὦ δυσκάθαρτε δαῖμον ὥς μ' ἀπώλεσας. Pac. 1250
ὦ συμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν. Ach. 1204

3.

Semper in tragoedia versari videmur, si in comoedia Aristophanea nuntius prodit. Ex tragoediae re scaenica comici poetae hanc personam sibi sumpserunt, cum fabulae argumentum artificiosius in modum tragoediae componere coepissent, neque Aristophanes faciem eius immutavit, sed vel sordidissimum vernam, si nuntium agit, incedentem fingit, quasi tragicus heros sit.

Hoc modo parodia nascitur iocosa, quam augent elocutio tragica nec non res metrica. Longas sane illas nuntiorum narrationes omnino non continere pedes solutos neminem spero esse qui exspectet; immo pauci versus indissoluti sufficiunt, quibus parodia indicetur. Itaque illos solum e singulis fabulas eligamus.

Acharnenses.

Incipit *ἐξάγγελος* a versu 1174

ὦ δμῶες οἳ κατ' οἶκόν ἐστε Λαμάχου . . .[1])

---

1) *δμῶς*· Haec vox epici nec non tragici coloris in prosa oratione omnino non in usu est.

Sequuntur versus indiss. 1, trag. 3, com. 4; septem vero versibus indissolutis oratio concluditur.

Vespae.

De Xanthiae narratione, quae inest in versibus 1292—1325, in paragrapho dicam sequente.

Idem in Vesparum exodo nuntium agit, sed inter luculentiora exempla hoc quidem non ducendum est. Versus sunt 1474—1481, quorum duo indissoluti sunt, ceteri tragici.

Aves.

Nuntii primi, qui avium facta refert, oratio a duobus versibus indissolutis incipit 1122 s., nuntii secundi a versu 1170 indissoluto. Hic deum vel deam aliquam venisse narrat atque aves enumerat, quae illam sequantur, versibus trag. 4, com. 1 usque ad versum 1181 indissolutum. Sequuntur versus indiss. 4, itaque hic locus simillimus est Acharnensium illi quem attuli:

Ach.	v. indiss. 1	vv. trag. 2, com. 4	v. indiss. 1;	vv. trag. 1, indiss. 7
Vesp.		vv. trag. 4, com. 1		vv. indiss. 4.

Deinde *ἐξάγγελος* in Avium exodo prodit nuntiatque Pisthetaerum Basiliamque accedere. Versus 1706—1719 ei tributi sunt, 14 numero, tragici 4, indissoluti 10.

Thesmophoriazusae.

Clisthenes prodit mulieribus nuntiaturus Mnesilochum in earum inesse numero. Res est de vv. 574—596.

Incipit *ἀγγελία* a versu 578

ἥκω φράσων τοῦτ' ἀγγελῶν ϑ' ὑμῖν, ἵνα . . .

tenditque usque ad versus

ληρεῖς· ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἦλθον ἀγγελῶν,
εἰ μὴ 'πεπύσμην ταῦτα τῶν σάφ' εἰδότων.

Intra hos terminos Clisthenes versus recitat undecim, quorum unus est comicus (585), ceteri indissoluti.

Ecclesiazusae.

Famulae, quae loco nuntii in exodo prodit, versus memorabiles sunt 1130—1133 (4 vv. indiss.).

Plutus.

Cario longiore oratione refert, quomodo Aesculapius Plutum caecum sanaverit. Incipit narratio a versibus 627/630, 633/636, 638, (versus sunt 9: indiss. 7, trag. 2), concluditur versibus 754/763, 766 s., 770 (versus sunt 13: indiss. 12, com. 1).

4.

Zielinskius l. l. p. 292 ss. de trimetris agit choro tributis, de quibus nobis quoque in hac paragrapho res erit. Sed audias ipsum:

> „... der tragische Trimeter, von dessen Existenz in der Komödie bisher nichts vermutet worden ist, ... ist überall anzunehmen, wo der Chor richtiger der Chorführer in Trimetern spricht."

Ad hanc sententiam illustrandam v. d. omnes chori trimetros, qui insunt in fabulis Aristophaneis, nullos oblitus nisi Vesp. vv. 1332/3, enumerat accurateque perscrutatur, non vero mea quidem opinione efficit, ut rem probet. Multos enim versus, qui non sunt tragici, choro abiudicare coactus est (cf. l. l. p. 294 s.), sed ne hoc quidem modo omnes evanescunt versus comici, quos pro tragicis venditat Ach. 557, Eccles. 1134, 1152, quamquam ipse adnotat anapaestos inesse pedibus secundo tertio quinto.[1]) Ergo probata non est, immo refutata sententia eius.

Adduxit Zielinskium, ut hanc sententiam statueret, versuum indissolutorum certe multitudo, qui a chori duce recitantur. Qui vero ni fallor multo simpliciorem explicatum admittunt atque nunc quidem illos tractemus, qui parodiae inserviunt.

Acharnenses.

a) De chori versibus 575/6 iam supra dixi (v. pg. 13). Eadem elegantia compositi sunt, qua versus Lamachi aut Dicaeopolidis, nam tota scaena parodiam continet:

b) *καὶ μὴν ὁδί τις τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς* Ach. 1069
ὥσπερ τι δεινὸν ἀγγελῶν ἐπείγεται.

---

1) Fugit eum Lys. 1220 *ὑμῖν χαρίσασθαι.* Hunc versum choro tribuit; inest anapaestus pedis secundi.

cf. *τί δ' ἔστιν ὦ παῖ; παῖδα γάρ, κἂν ᾖ γέρων* Vesp. 1297
καλεῖν δίκαιον ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ.
τί δ' ἔστιν ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν Thesm. 582
ἕως ἂν οὕτως τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.
ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος Lys. 706
τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων; 1)

Lysistratae trimetri, quos ultimo loco attuli, in initio positi sunt parvae scaenae tragicae, quae tendit a versu 706 usque ad versum 715. Versus sunt 8: indiss. 6, trag. 2. Omnia vero haec exempla trimetros continent indissolutos atque directos ad personas, quae munere nuntiorum funguntur. Summo igitur iure iam in paragrapho antecedente ea affere potuissem, nam eadem inest parodia personae tragicae, de qua supra egimus.

Equites.

vv. 611—614. Chori dux botularium ex contione redeuntem, sordidum illum, qui verba de foro arripit, sermone elegantissimo salutat. Quattuor sunt versus indissoluti. Num haec ut Zielinskius poetam ea de causa ita composuisse putas, quia chori versus semper tragicos — ut Zielinskii utar significatione — esse sibi praescripserit? Inspiciamus fabulae exordium. Botularius prodit, verna eum iubet

***ἄγε δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκεύη χαμαί* 155

Versus comicus est, nunc vero verna personam tragicam induit pergitque

ἔπειτα τὴν γῆν πρόσκυσον καὶ τοὺς θεούς. 156

atque nunc stupefactum botularium, qui timide ei obsequitur et ore adstat aperto neque intellegit, quid sibi velit magnificentia verborum, exquisita subtilitate sermonis salutat:

* *ὦ μακάρι' ὦ πλούσιε* 157
ὦ νῦν μὲν οὐδεὶς αὔριον δ' ὑπέρμεγας
ὦ τῶν Ἀθηνέων ταγὲ τῶν εὐδαιμόνων.

Nonne res eadem est? Tragoedia agitur in nugis.

---

1) *σκυθρωπός.* Tragici e. gr. Euripides saepius hoc verbo utuntur. *δόμων*· Hoc quoque vocabulum imprimis vero pluralis numerus ex tragoediae usu dicendi petitus est.

Thesmophoriazusae.

Chorus in exodi initio tragicum se gerit adversus Euripidem nec non in exodi fine adversus Thracem, qui ipse desperans cum sentiat male res cedere tragicam personam induit. Versus inspiciendi sunt chori 1164, 1170 s., 1217, 1219, 1221, 1224 s., (indissoluti omnes excepto v. 1221 tragico), Thracis 1216, 1218, 1220, 1222, 1226 (versus indiss. 3, trag. 2).

Videmus in huius quoque fabulae exodo poetam uti artificio, quod in paragrapho secunda descripsi.

Ecclesiazusae. Plutus.

Famula in Ecclesiazusarum exodo ubi dominus sit interrogat fertque responsum a chori duce:

αὐτοῦ μένουσ' ἡμῖν γ' ἂν ἐξευρεῖν δοκεῖς 1127

cf. *ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη* Plut. 962

ὦ μειρακίσκη· πυνθάνει γὰρ ὡρικῶς.

Hoc etiam chori munus ex tragoedia petitum est, qua de causa non inexspectata forma est elegantior. —

Reliquum est, ut dicam de duobus Avium trimetris:

οὗτος τί ποιεῖς; ἆρα θαυμάζεις ὅτι Av. 1164

οὕτω τὸ τεῖχος ἐκτετείχισται ταχύ;

Chorus his verbis Pisthetaerum alloquitur. Quid sibi volunt? Aristophanes hac tragici sermonis parodia vituperavit fortasse et perstrinxit similes versus Euripideos vel nescio cuius tragici; nam quos attuli et ipsi nulla alia de causa nisi ad vacuum explendum temporis spatium inter nuntii primi et secundi narrationes inserti sunt.[1]) Utcumque autem res se habet, certe parodiae formam debent.

5.

Praeter illas quas adhuc attuli partes vel scaenas tragicas magnus numerus exstat aliarum et maioris et minoris circuitus, quae ex ipsa actionum varietate varium in modum nascuntur. Tragoediae stilus ex omnibus elucet, forma accuratissime expolita est.

---

1) cf. v. Wilamowitz-M., Heracles II[1], pg. 98 s. in adnotatione ad Herculis fabulae versus 236 s.

Acharnenses.

vv. 881—897. Boeotus Dicaeopolidi anguillam offert atque dono dat. Dic. gaudio exsultans eam salutat atque etiam quomodo assetur versibus elegantissimis explicat. Inter 17 illos versus unus est comicus (881), tragici 3, indissoluti 13.[1])

Equites.

a) _ *πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρὴ λέγειν;*
_ *ἀλλ' εἰπὲ θαρρῶν εἶτα κἀγὼ σοὶ φράσω.*
[** _ *ἀλλ' οὐκ ἔνι μοι τὸ θρέττε.*] *πῶς ἂν οὖν ποτε*
εἴποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευριπικῶς;
_ *μὴ 'μοί γε, μὴ 'μοί, μὴ διασκανδικίσῃς·*

cf. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; — εἴσομ' ἢν φράσῃς γε σύ.* Equ. 1158

cf. Thesm. 5 ss.

Euripides: *ἀλλ' οὐκ ἀκούειν δεῖ σε ταῦθ' ὅσ' αὐτίκα*
ὄψει παρεστώς. Mnes. *πῶς λέγεις; αὖθις φράσον.*
οὐ δεῖ μ' ἀκούειν; — οὐχ ἅ γ' ἂν μέλλῃς ὁρᾶν.
** _ *οὐδ' ἆρ' ὁρᾶν δεῖ μ'; — οὐχ ἅ γ' ἂν ἀκούειν δέῃ.*
_ *πῶς μοι παραινεῖς; δεξιῶς μέντοι λέγεις.*
οὐ φῂς σὺ χρῆναί μ' οὔτ' ἀκούειν οὔθ' ὁρᾶν.

Hoc est quod *διασκανδικίζειν* nominavit Aristophanes. Parodia apparet.

b) Iam in paragrapho antecedente de vernae versibus dixi, quibus botularium salutat. Antecedit versus

ἔπειτα τὴν γῆν πρόσκυσον καὶ τοὺς θεούς. Equ. 156
cf. *καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον* Plut. 771
ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον . . .
κύσον με καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν. Nub. 81
ὦ φιλτάτη δεῦρ' ἐλθὲ καὶ δός μοι κύσαι. Pac. 709
καὶ δὸς κύσαι καὐτὸς κύσον καί μοι φράσον . . . Ran. 755

Tragicam illam osculis terram contingendi actionem poeta elegantissimis Equitum et Pluti versibus comprehendit.[2]) Aliae vero personae, quae se invicem exosculantur, eadem ridenda gravitate utuntur.

---

1) Ach. 883 *πρέσβειρα πεντήκοντα κωπαΐδων κορᾶν,* *κωπᾴδων* Elmsleius. Haec coniectura versum indissolutum reddit.

2) cf. e. gr. Aesch. Pers. 499. Prom. 936; Soph. Phil. 657. O. C. 1654.

Vespae.

νῦν δ' οὐ κρατῶ 'γὼ τῶν ἐμαντόῦ χρημάτων. 1354
νέος γάρ εἰμι καὶ φυλάττομαι σφόδρα.
***τὸ γὰρ υἱίδιον τηρεῖ με, κἄστι δύσκολον*
κἄλλως κυμινοπριστοκαρδαμόγλυφον.
***ταῦτ' οὖν περί μου δέδοικε μὴ διαφθαρῶ.*
πατὴρ γὰρ οὐδείς ἐστιν αὐτῷ πλὴν ἐμοῦ.

Facetissimo ioco stili tragici versus, qui insana illa senis ficta continent, cum versibus comicis, qui veritatem continent, confunduntur.

Pax.

vv. 124 s.—149. Trygaeus, quasi Bellerophon sit, in caelum proficisci coepit.[1] Valere iubet filiam, quae inter alia haec curat, ut *τραγικώτερος* ad deos veniat (cf. vv. 135 s.), tragicum igitur eum iam nunc esse ipsa confitetur. Huius scaenae trimetrorum indissoluti sunt 22, tragici 2, comici 2.

Aves.

vv. 1238—1242, 1257, 1259. Iris verbis Pisthetaeri irata illum increpat, quasi tragoediae dea ex machina sit. Versus omnes indissoluti sunt, si *ὕβρεως* in versu 1259 per synizesin legi concedis.

Thesmophoriazusae.

vv. 134—145

καὶ σ' ὦ νεᾶνις, ἥτις εἶ, κατ' Αἰσχύλον 134
ἐκ τῆς Λυκουργείας ἐρέσθαι βούλομαι·

Ad Agathonem Mnesilochus se vertit; Aeschylus nominatur: sequuntur vv. indiss. 6, trag. 4.

Ranae.

Aeacus falsum Herculem fores pulsantem vehementer increpat atque in longioris orationis fine versibus indiss. 474—478 poenas describit, quae maneant Cerberi raptorem ita, ut verbis quoque tragicis utatur.

---

1) Vide Bakhuyzen, de parodia in comoediis Aristophanis p. 72 s.

Ecclesiazusae.

a) In huius fabulae initio laudatio posita est lucernae, quae omnia noctis secreta videat sed taceat. Quasi sol sit saepissime ille in fabularum exordiis citatus, tragicorum verborum splendore lucerna a Praxagora celebratur, donec versibus 17 s. ad alias res narrandas se vertit. Versus sunt 18 numero, comicus unus, trag. 2, indiss. 15.

b) Ex plebe unus supellectilem colligit vilissimam, quam legibus novis obsequens in forum ferat. His versibus sonoris colligendi initium facit:

*χώρει σὺ δεῦρο κιναχίρα καλὴ καλῶς Eccl. 730
τῶν χρημάτων θίραζε πρώτη τῶν ἐμῶν,
ὅπως ἂν ἐντετριμμένη κανηφορῇς,
πολλοὺς κάτω δὴ θυλάκους τρέψασ᾽ ἐμούς.

Plutus.

Iam saepius hunc vel illum versibus elegantioribus salutari vidimus. Sic Chremylus chorum salutat versibus 322—327 (indiss. 3, trag. 2, com. 1), chorus autem quattuor versibus indissolutis respondet.

6.

Supra (pg. 12 s.) de Acharnensium versibus 571—573 egi, ubi Lamachus furibundus in scaenam prodit, terribilis vero eius species abundantia verborum minacium iuvatur. Iactat se ostenditque armorum splendorem; quasi tragicus heros sit, tragicis utitur versibus.

Saepius apud Aristophanem facetum hoc artificium nobis occurrit; saepius poeta quem despectui habet iactantem se induxit quasi maximus sit, idque versibus tragicis formae exactioris. Colligamus exempla.

Nubes.

ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ 247
ἡμῖν νόμισμ᾽ οὐκ ἔστιν.
βούλει τὰ θεῖα πράγματ᾽ εἰδέναι σαφῶς 250
ἅττ᾽ ἐστὶν ὀρθῶς;

Socrates scilicet potentiam suam Strepsiadi ostentat.

Vespae.

Philocleo ebrius multos offendit, sed fretus ille vi verborum ait:

λόγοι διαλλάξουσιν αὐτὰ δεξιοί. 1394.

Aves.

a) *πάλαι πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ κλῄζω πόλιν.* 921

Ποιητής gloriatur vaniloquus.

b) Meto prodit; interrogat Pisthetaerus:

σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν; — ὅστις εἶμ'; ἐγὼ Μέτων 997
ὃν οἶδεν Ἑλλὰς χὠ Κολωνός. κ. τ. λ.

Ranae.

οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρόν ἐσθ' ὡς Ἡρακλῆς. 282
ἐγὼ δέ γ' εὐξαίμην ἂν ἐντυχεῖν τινι
λαβεῖν τ' ἀγώνισμ' ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ.

Dionysus timidissimus ille Herculis imitator his verbis se effert:

... *καὶ βλέψον ἐς τὸν Ἡρακλειοξανθίαν* ... 499

Servum quoque inanis illa ostentatio cepit.

Praeterea cf. Euripidis, qui se iactat in defendendis prologis suis, versus 1178 s., 1222 s., 1243.

7.

In comparationem nunc vocemus Acharnensium et Equitum locos sequentes. In Acharnensibus, postquam Dicaeopolis orationem longiorem recitavit (cf. vv. 497—556), altera chori pars eum laudat, altera vituperat; oritur tumultus atque altercatio, auxilio ab altera parte Lamachus vocatur. Item in Equitibus, cum Paphlago prodeat perturbatosque increpet (cf. vv. 235—239), tumultus oritur; fugit botularius, monet eum verna chorumque auxilio vocat.

Res est de Acharnensium versibus 558—565, qui nullum continent pedem solutum. Ultimos solum exscribam:

— *οὗτος σὺ ποῖ θεῖς; οὐ μενεῖς; ὡς εἰ θενεῖς* 564
τὸν ἄνδρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρθήσει τάχα.
— *ἰὼ Λάμαχ'* . . . *βοήθησον* κ. τ. λ.

cf. Equ. vv. 240 s.

οὗτος τί φεύγεις; οὐ μενεῖς; ὦ γεννάδα
ἀλλαντοπῶλα μὴ προδῷς τὰ πράγματα.
ἄνδρες ἱππῆς παραγένεσθε· κ. τ. λ.

Certo quodam consilio commotum hos versus maiore diligentia poetam composuisse apparet. Tumultum graviorem esse voluit, scaenam tragicam conformavit.

Quaeramus similia, redeamus ad Acharnenses. Praeconis versus 1000—1002 Dicaepolidem novo nuntio fere perturbaverunt:

ὦ παῖδες ὦ γυναῖκες οὐκ ἀκούσατε; 1003
τί δρᾶτε; τοῦ κήρυκος οὐκ ἀκούετε; (sequuntur iussa.)

In Vespibus Bdelycleo patrem e tecto vidit evadentem perturbatusque ait:

ἐκπτήσεται. ποῦ ποῦ 'στί μοι τὸ δίκτυον; Vesp. 208
σοῦ σοῦ, πάλιν σοῦ. νὴ Δί' ἦ μοι κρεῖττον ἦν
τηρεῖν Σκιώνην ἀντὶ τούτου τοῦ πατρός.

In Avibus deum vel deam aliquam appropinquare nuntiatur. Perturbatus Pisthetaerus exclamat:

. . . οὐκοῦν σφενδόνας δεῖ λαμβάνειν Av. 1185
καὶ τόξα· χώρει δεῦρο πᾶς ὑπηρέτης·
τόξευε παῖε, σφενδόνην τίς μοι δότω.

Praeterea hic afferendi sunt versus:

αὕτη σὺ ποῖ θεῖς; — οἴκαδ' ἐλθεῖν βούλομαι. Lys. 728
οὗτος σὺ ποῖ θεῖς; — ἐς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν. Thesm. 224
ὀρθὴν ἄνω δίωκε. ποῖ θεῖς; οὐ πάλιν Thesm. 1224
τῃδὶ διώξει; 'ς τοὔμπαλιν τρέχεις σύ γε.
ἆ ποῖ σὺ φεύγεις; οὗτος οὗτος οὐ μενεῖς; Thesm. 689
τάλαιν' ἐγὼ τάλαινα, καὶ τὸ παιδίον
* *ἐξαρπάσας μου φροῦδος ἀπὸ τοῦ τιτθίου.*
ποῖ ποῖ; τί φεύγετ'; οὐ μενεῖτον; — Ἡράκλεις. Plut. 417.

8.

Iamiam ad enumerandos pervenimus versus singulos, qui parodiae alicui tragicae formam debent diligentius expolitam.

a) Incipiamus ab Acharnensium versu 12.

πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν; Ach. 12
cf. *τίν' αἰτιάσομαι θεῶν μ' ἀπολλύναι;* Ran. 10
ἆρ' οἶσθά γ' οἷον κνώδαλον φυλάττομεν; Vesp. 4

Vox *κνώδαλον* apud tragicos nec non apud epicos in usu est.

ἐγὼ . . . ἂν τλαίην ὑποδήσασθαι Vesp. 1159
ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα;

b) *πόσον δὲ τὸν πρωκτὸν χρόνον ξυνήγαγεν;* Ach. 83
— τῇ πανσελήνῳ: κᾆτ' ἀπῆλθεν οἴκαδε.

Obscenas huiusmodi interrogationes ac responsiones tragica ad risum augendum forma et dictione poeta donavit.

cf. *τί δῆθ' ὁ πρωκτὸς ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπει;* Nub. 193
τίς ἄλλος ἀντὶ τουτουὶ τοῦ δακτύλου; Nub. 653

c) Plura mihi dicenda sunt de versibus, in quibus inest vox *καίτοι.*

Non solum in sententiarum sed in trimetrorum etiam exordio tragici poetae hanc vocem ponere solent, e. gr. Sophocles, qui sedecies *καίτοι* in initio, bis in alia trimetrorum sede posuit.[1]) Hunc morem Aristophanes imitatus est, quod probant versus Ach. 357, 370, 466; Nub. 876, 1257; Verp. 915, 980, 1301; Av. 264; Lys. 921; Ran. 43; Eccl. 20, 159; Plut. 337. Exempla 14 sunt numero, contra 4 inveni versus vocem *καίτοι* continentes, qui non ab ipsa incipiant, versus dico Ach. 611, Lys. 905, Ran. 1304, Plut. 1178. Praeterea cf. Platonis comici fr. 187, 1, ubi in prima versus sede invenies *καίτοι.*

Haec mihi praemittenda erant, ut demonstrarem usum tragicorum in hac coniunctione ponenda Aristophanem sequi. Iam nonnullos illorum versuum inspiciamus.

καίτοι φιλῶ γε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ. Ach. 357
καίτοι δέδοικα πολλά· τούς τε γὰρ τρόπους... Ach. 370
καίτοι τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται . . . Vesp. 915

Nonne eorum summa est elegantia? Res vero ita se habet, ut 15 illorum versuum, qui a voce *καίτοι* incipiunt, 10 indissoluti sint, 5 tragici[2]), contra 4 illorum, qui non sequuntur hunc usum, indissolutus unus, tragici duo, comicus unus.

---

1) v. Lexicon Sophocleum comp. Fr. Ellendt s. voce *καίτοι.*

2) Nub. 876 *καίτοι γε ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος.* Sic R.; versus est comicus. Recte, ni fallor, Meinekius eiecit illud *γε*, ut eveniret versus tragicus.

Videmus καίτοι sonum habuisse grandem, unde fortasse hanc vocem in sermone vulgari non valde usitatam fuisse conici potest, nisi quod Xenophon Demosthenes aliique ea utuntur.

d) ὦ θύμ' ὁρᾷς γὰρ ὡς ἀπωθοῦμαι δόμων. Ach. 450
*ὦ θυμὲ νυνὶ βωμολόχον ἔξευρέ τι. Equ. 1194
σὸν ἔργον ὦ δᾴς ἰέναι πολλὴν φλόγα. Nub. 1494
ἰατταταιάξ· ὦ κροκώθ' οἷ' εἴργασαι· Thesm. 945

e) ὡς ἡδέως ἄν σου λίθῳ τοὺς γομφίους Ran. 572
κόπτοιμ' ἄν, κ. τ. λ.

Formam elegantissimam (σου . . . τοὺς γ.) poeta optato induit nequissimo.

f) οἶδ' οἶδα τὸν νοῦν· παῦε παῦε τοῦ λόγου. Ran. 580
οἶδ' οἶδα τὸν νοῦν· οὐκέτ' ἀξιοῖς . . . Plut. 1080

g) ὦ κλεινὸν ὄμμα νῦν πανύστατόν σ' ἰδὼν . . . Ach. 1184
ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου . . . Eccl. 1
ἐγὼ δὲ, μισεῖ γάρ μ', ἄπειμ' ἐξ ὀμμάτων. Phryn. fr. 81

Kockius ad hunc Phrynichi versum adnotavit: „nomine ὄμμα comici poetae non utuntur nisi in melicis carminibus et παρατραγῳδοῦντες.“ (Affert versus Eccl. 1, Ach. 1184.)

h) κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν Equ. 30
θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.
ἐμοὶ Arist. fr. 567
κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν,
ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν μένειν.

9.

Haec habui de parodia tragoediae quae dicerem. Varia exempla collegi, quod autem inerat artificium semper idem erat. Sive timidissimus aliquis verbis gloriosis se iactabat, sive supellex vilissima versibus grandisonis efferebatur, sive tumultus oriebatur inter personas rixantes in modum comoediae, loquentes in modum tragoediae: poeta, ut formam atque sensum maxime sibi opposita redderet, indissolutis praecipue trimetris usus est.

Caput secundum: De irrisione poetarum, oratorum, magistrorum, aliorum.

1.

Poetas divino illos spiritu inflatos non ut alias personas Aristophanes in scaenam induxit. Ubi sane, ut in Ranis, rixantur *ὥσπερ ἀρτοπώλιδες*, divinam illam naturam ostendere nequeunt; aliter vero res se habet, si tragoedias componentes interpellantur e. gr. Euripides in Acharnensibus, Agatho in Thesmophoriazusarum exordio. Ibi tragicorum versuum flumen, quasi coerceri non possit, in illos decurrit, qui propius accedere audent. Tunc quoque, si quis poetarum mente incitatus, ut Euripides in Thesm., tragicam personam ipse agit, verba eius forma tragica non carent.

Inspiciamus Acharnenses. Euripides initium colloquendi facit versibus 418 s., ultima eius verba sunt *ἀνὴρ ὑβρίζει· κ. τ. λ.* (v. 479). Intra hos terminos Euripidis versus exstant 21 numero, indissoluti 18, tragici 3.

In Thesmophoriazusis Euripides ipse Agathonem interpellat, cuius partes a versu 146 usque ad vv. 264 s. tendunt. Versus sunt 39 numero, indiss. 24, trag. 12, com. 3, qui Agathoni tributi sunt.

Euripidis, cum in Thesm. ipse tragicam personam agat, versus sunt 46 numero, qui in vv. 871—918, 1056—1128 insunt. Versus sunt indiss. 38, trag. 6, com. 2.

Elucet, quid Aristophanes voluerit. Ibi solum, ubi *ποιοῦντες* poetae prodeunt, tam large elegantissimos versus effundunt.

2.

Multae in fabulis Aristophaneis oratiunculae vel longioris circuitus insunt, quae locutionibus oratoriis abundant. Quomodo vero versus, qui talia continent, distinxit poeta? Diligentius curavit rem metricam, indissolutos, quatenus fieri poterat, trimetros formavit.

Colligamus exempla:

μή 'μοι φθονήσητ' ἄνδρες οἱ θεώμενοι, . . . Ach. 496
ἡμεῖς γὰρ — ὦνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ — . . . Ach. 513
ἐγὼ γὰρ — ὦνδρες — ἡνίκ' ἦν νεώτερος . . . Pherecr. fr. 146,3
ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μὲν δίκαια δέ. Ach. 501

τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;	Ach. 514
τί ταῦτ' ἔχουσαι 'κεῖνον αἰτιώμεθα;	Thesm. 473
καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἦ πολλοῦ γε δεῖ...	Ach. 543
καὶ ταῦτα μὲν δὴ σμικρὰ κἠπιχώρια,...	Ach. 523
καὶ ταῦτα μὲν ξυγγνώσθ'. ἃ δ' ἦν ἡμῖν πρὸ τοῦ...	Thesm. 418
τοιαῦτα μὲν τἀκεῖθεν. ἓν δέ σοι λέγω·	Av. 1304
μάλιστα πάντων. ἓν δέ σοι λέγω σαφές.	Av. 1531
τὰ μὲν γὰρ ἄλλ' αὕτη κατηγόρηκεν εὖ·	Thesm. 444
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἰσὶν ἐνθένδ' αὐτόθεν.	Ach. 116
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔστιν ἐνταῦθ' ὄρνεα.	Av. 52
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρηστὸς ἐς τοῦτο ῥέπει.	Plut. 51
* *κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα.*	Plut. 871
ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι.	Plut. 18
ὁδὶ δὲ τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων;	Ach. 122
ἡδὶ δὲ δή τις ἐστὶν οὐχὶ κλεψύδρα;	Vesp. 858
ταῦτ' αὐτὰ γάρ τοι κἄσθ' ἃ σώσειν προσδοκῶ.	Lys. 46
τοιαῦτ' ἀπήντηκ' ἐς τοιαυτὶ πράγματα.	Lys. 420
καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. τῷ δὲ λοξίᾳ...	Plut. 8
ὅμως γε μέντοι σοι δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.	Ran. 61
καὶ κάρτα μέντοι ἂν εὐθέως καθείλκετε...	Ach. 544
καί τοι τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται,	Vesp. 915
ἢν μή τι κἀμοί τις προβάλλῃ τῷ κυνί;	
μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, εἰ μὴ μαίνομαι.	Thesm. 470
ὅμως δ' ἐν ἀλλήλαισι χρὴ δοῦναι λόγον.	
...'Ολυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ (πόσους	Lys. 1131
εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι;)	
ἠρίσταμεν· (δεῖ γὰρ συνάπτειν τὸν λόγον.)	Theopompi fr.22

Sufficiunt exempla hucusque allata, quae demonstrent poetam tunc quoque, cum oratorum linguam propriumque eorum genus dicendi imitetur, eorum locutiones trimetris indissolutis comprehendisse.

3.

Socrates in Nubium ea parte, ubi Strepsiades discipulus inducitur, magistrum agit severum, quem paulo post non habitu solum et vultu sed verbis etiam Phidippides nec non Strepsiades

ipse imitatur. Inprimis his versibus magistrorum loquendi vel docendi modum poeta imitari mihi videtur.

Socr. *δέδοικά σ' ὦ πρεσβῦτα μὴ πληγῶν δέει.* Nub. 493
Streps. *τὴν καρδόπην θήλειαν;* Socr. *ὀρθῶς γὰρ λέγεις.* Nub. 679
— *ἀλλ' οἶδ' ἔγωγ' ἃ θήλε' ἐστίν.* — *εἰπὲ δή.* Nub. 683
Socr. — *ἀλλ' ὦ πονηρὲ ταῦτά γ' οὐκ ἔστ' ἄρρενα.* Nub. 686
ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς. Nub. 691
ὁρᾷς ἃ πάσχεις; τήν τε θήλειαν καλεῖς κ. τ. λ. Nub. 662
ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων. Nub. 695
οὗτος τί ποιεῖς; οὐχὶ φροντίζεις; — *ἐγώ;* Nub. 723 s.
νὴ τὸν Ποσειδῶ. — *καὶ τί δῆτ' ἐφρόντισας;*
ὑθλεῖς· ἄπερρ', οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι. Nub. 783

Streps. *οὐκ ἔστ' ἔτ' ὦ Φειδιππίδη Ζεύς.* — *ἀλλὰ τίς;* Nub. 827
μή νυν τὸ λοιπόν, ἀλλὰ τήνδε μὲν καλεῖν Nub. 850 s.
ἀλεκτρύαιναν τουτονὶ δ' ἀλέκτορα.

Phidipp. *φοβεῖ δὲ δὴ τί;* — *τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.* Nub. 1178 s.
— *ἕνη γάρ ἐστι καὶ νέα τίς;* — *ἡμέρα . . .*
οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως Nub. 1181
μί' ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο.
ἐκεῖνος οὖν (scl. *ὁ Σόλων*) *τὴν κλῆσιν ἐς δύ' ἡμέρας* Nub. 1189
ἔθηκεν, ἔς γε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν,
ἵν' αἱ θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ.

Eodem sono quo Nubium v. 683 (v. supra) recitandus est versus:

Eur. *ἐγὼ μὲ οἶδα καὶ θέλω φράζειν.* Dion. *λέγε.* Ran. 1442

Dionysus magistrum severum, Euripides vero discipulum timidum agere videtur.

De re metrica nihil mihi adnotandum est; versus omnes indissoluti sunt.

4.

Varia imitationis genera in hac paragrapho pertractemus atque primum quidem scaenam illam Vesparum inspiciamus ubi quae apud iudices aguntur Philocleon filiusque una cum vernis imitantur.

εἴ τις θύρασιν ἡλιαστής, εἰσίτω· Vesp. 891
ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν οὐκ ἐσφρήσομεν.

ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς. ἐγράψατο . . . Vesp. 895
καὶ μὴν ὁ φεύγων οὑτοσὶ Λάβης πάρα. 899
τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ' ἧς ἐγραψάμην . . . 907
νὴ τὸν Δί' ἀλλὰ δῆλός ἐστ'· ἔμοι γέ τοι . . . 912
μή νυν ἀφῆτ' ἔτ' αὐτόν, ὡς ὄντ' αὖ πολὺ . . . 922
ὅσας κατηγόρησε τὰς πανουργίας·
κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός· οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ . . . 932
Λάβητι μάρτυρας παρεῖναι τρύβλιον 937
δοίδυκα τυρόκνηστιν ἐσχάραν χύτραν
καὶ τἄλλα τὰ σκεύη τὰ προσκεκλημένα
φέρ' ἐξεράσω. — πῶς ἄρ' ἠγωνίσμεθα; 993
— *δείξειν ἔοικεν. ἐκπέφευγας ὦ Λάβης.*

Imitando igitur praecones iudices accusatores aliique personae effinguntur; versus vero, qui huic artificio inserviunt, indissoluti sunt.

In comparationem vocare licet locos sequentes:

Thesm. 373 ss. Praeco: *ἄκουε πᾶς. ἔδοξε τῇ βουλῇ ταδὶ*
τῇ τῶν γυναικῶν. Τιμόκλει' ἐπεστάτει·
Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν· εἶπε Σωστράτη·
ἐκκλησίαν ποιεῖν ἕωθεν τῇ μέσῃ
* *τῶν Θεσμοφορίων . . . κ. τ. λ.*

Eccles. 1015 ss. *ἔδοξε ταῖς γυναιξίν, ἢν ἀνὴρ νέος*
** *νέας ἐπιθυμῇ μὴ σποδεῖν αὐτὴν πρὶν ἂν*
τὴν γραῦν προκρούσῃ πρῶτον· ἢν δὲ μὴ θέλῃ . . .
κ. τ. λ.
1024 *οὐ κύριος*
ὑπὲρ μέδιμνόν ἐστ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι.

Praeterea edicti sonum versus imitantur:
** *(ὡς) χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ* Ach. 533
μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν οὐρανῷ μένειν.
καὶ μὴ 'πιτηρεῖν „σιτί' ἡμερῶν τριῶν" Ach. 197
μὴ βδεῖτε μηδὲ χέζεθ' ἡμερῶν τριῶν. Pac. 151
cf. *ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν σοὶ πρῴ πάνυ* Lys. 612
ἥξει . . .

Saepius testificationis formula *μαρτύρομαι* in versibus invenitur emendatis quam maxime.

μαρτύρομαι. — ξυλλάμβαν' αὐτοῦ τὸ στόμα. Ach. 926
... ἐς τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. — μαρτύρομαι. Nub. 1222
* *κατέαξ' ἐχῖνον. — ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.* Vesp. 1435
ὦ παῖ παῖ τὸν Βάκιν. — μαρτύρομαι. Pac. 1119
* *μαρτύρομαι τυπτόμενος ὢν ἐπίσκοπος.* Av. 1031
ὁρᾷς ἃ ποιεῖ; ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. Plut. 932
Denique cf. *ἀλλ' ἐγγυητάς σοι καταστήσω δύο* Eccl. 1064
ἀξιόχρεως.

5.

Ultimo denique loco illas scaenas consideremus, ubi precantium vel sacrificantium verba grandia sive sollemnia imitando exprimuntur.

ὁ Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω. Ach. 243
ὦ Ξανθία, σφῷν δ' ἐστὶν ὀρθὸς ἑκτέος 259
ὁ φαλλὸς ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου.

εὔχεσθε τοῖς θεοῖσι τοῖς ὀλυμπίοις Thesm. 331
καὶ ταῖς ὀλυμπίαισι καὶ τοῖς πυθίοις
καὶ ταῖσι πυθίαισι καὶ τοῖς δηλίοις
καὶ ταῖσι δηλίαισι τοῖς τ' ἄλλοις θεοῖς. κ. τ. λ.
... ἀρᾶσθε, ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν τοὺς θεοὺς 350
εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι κἀγαθά.

ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ, Ach. 435
ἐνσκευάσασθαι μ' οἷον ἀθλιώτατον.[1])
μυστήρι' Ἑρμῇ, διπόλει', ἀδώνια. Pac. 420
* *δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη* Thesm. 286
καὶ Φερσέφαττα, πολλὰ πολλάκις μέ σοι
θύειν ἔχουσαν, εἰ δὲ μάλλα νῦν λαθεῖν.

Praeterea cf. Nub. 1478—81; Pac. 435—438, 453; Ran. 885 s., 892—894; Arist. fr. 286, 1.

Summa arte versus exculti sunt. Auget sollemnitatem trimeter, qui nullis solutionibus agitatus est.

6.

Ad huius secundae partis finem pervenimus. Multa iam artificia in comicorum re metrica inesse cognovimus, multos iam versus

---

1) de voce *κατόπτης* cf. e. gr. Aesch. Sept. 41; 369.

omnino non solutos inspeximus, qui non fortuito sed certo quodam consilio trimetris artis minoris inserti erant, atque falso iudicasse eum, qui Rumpelii nisus comparatione (v. pg. 7) Aristophanis artem metricam vituperaverit, iam nunc intellegi potest. Quonam se abdiderunt solutiones et anapaesti cyclici, quorum ille in singulis fere versibus singulos dixit inesse?

Velim quaestio instituta eo nos ducat, ut paulo rectius ac iustius de comicorum arte metrica iudicemus. Tragoediae sane sollemnitas et argumentum postulant, ut graviter placideque metrum iambicum incedat, rarissime agitatum solutionibus. Quid vero Euripidis Cyclops docet? Iam audias G. Hermannum, qui in praef. ad Eur. Cycl. pg. XIV hanc legem observatam esse dicit, „ut tragicarum personarum oratio nihil ab severitate tragicorum numerorum discedat, quae autem satyri similesque satyrorum personae loquuntur, in iis et longae ... quinti pedis syllabae et anapaesto locus concedatur.“ Quid? licentiane fuit, quam in hac fabula componenda Euripides, Aristophanes in componendis comoediis sibi indulserunt? Immo postulabat poesis comica istam varietatem, quam rigida tragoedia repudiavit; necesse est comicos modo uti versibus accuratissimis modo discinctis, ut eveniant varii coloris illae compositiones iucundae atque vivaces, neque Rumpelium ipsum desiderasse puto comoedias Sophoclea arte conscriptas.

Pergamus igitur in tractanda comicorum arte metrica, quae mea quidem opinione non minus subtilis est quam illa tragicorum. Immo qua diligentia metri varietatem excoluerunt, inter virtutes numeranda est poetarum.[1])

1) Cum illis quae Hermannus l. l. adnotavit versus compares Scythae in Thesm. exodo tributos. Qui cum tam male loquatur Attice, metro quoque utitur laxissimo, ut in nonis versibus denas solutiones committat. Hoc artificium aliunde mihi notum non est.

Pars secunda.

De usu trimetrorum, qui ad augendam sermonis gravitatem formati sunt indissoluti.

Caput primum: De trimetris ad spectatores conversis.

1.

Acharnensium fabulam supra nobis perlustrantibus versus 26 s., 370—376 ea de causa memorabiles visi sunt, quia novem his trimetris indissolutis Aristophanes Athenienses acerbissime perstrinxit, ad spectatores igitur sermonem direxit (v. pg. 11 s.). Unde profecti similia quaeramus atque primum quidem Pacis quem afferam locum consideremus.

Trygaeus quid faciat Polemus observitat observataque spectatoribus renuntiat.

Tryg. *ἆρ' οὗτός ἐστ' ἐκεῖνος, ὃν καὶ φεύγομεν,* Pac. 240
** *ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν;*[1])
Pol. * *ἰὼ Πρασιαὶ τρὶς ἄθλιαι καὶ πεντάκις*
** *καὶ πολλοδεκάκις ὡς ἀπολεῖσθε τήμερον.*
Tryg. ad spectatores: *τουτὶ μὲν ἄνδρες οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμά πω·*
τὸ γὰρ κακὸν τοῦτ' ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς.

Nonne multo elegantius duo hi versus conformati sunt quam antecedentes? In tota vero hac scaena, quae tendit usque ad versus

νῦν ἐστιν ἡμῖν ὦνδρες Ἕλληνες καλὸν
ἀπαλλαγεῖσι πραγμάτων τε καὶ μαχῶν
ἐξελκύσαι τὴν πᾶσιν Εἰρήνην φίλην
* *πρὶν ἕτερον αὖ δοίδυκα κωλῦσαί τινα* Pac. 295

res ita se habet. Trygaeus 15 versus ad spectatores convertit, quorum indissoluti sunt 9, trag. 4, com. 2. Praeter illos versus recitat indissolutos 3, trag. 7, com. 2.

Haec hactenus. Nemo vero est qui nesciat *προλογίζοντας* inprimis histriones, cum fabulae argumentum exponere velint, ad

---

1) cf. quae adnotavi in pg. 43 s..

auditores verba facere. Colligamus igitur versus, qui tales allocutiones continent.

*(ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον γνώμην ἔχον) Vesp. 64
ὑμῶν μὲν αὐτῶν οὐχὶ δεξιώτερον.
*(νόσον γὰρ ὁ πατὴρ ἀλλόκοτον αὐτοῦ νοσεῖ,) Vesp. 71
ἣν οὐδ' ἂν εἷς γνοίη ποτ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι,
εἰ μὴ πύθοιθ' ἡμῶν· ἐπεὶ τοπάζετε.
—*Ἀμυνίας μὲν ὁ Προνάπους φήσ' οὑτοσὶ . . .
ὁδὶ δέ φησι Σωσίας πρὸς Δερκύλον . . . 78
Νικόστρατος δ' αὖ φησιν ὁ Σκαμβωνίδης . . . 81
—μὰ τὸν κύν' ὦ Νικόστρατ' οὐ φιλόξενοι . . . 83
ἄλλως φλυαρεῖτ'. οὐ γὰρ ἐξευρήσετε 85
εἰ δὴ 'πιθυμεῖτ' εἰδέναι, σιγᾶτε νῦν.

βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσιν φράσω; Equ. 36
—οὐ χεῖρον· ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα . . .

ἄπερρ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα δὴ φράσω . . . Platon. fr. 167

*ἑνὸς μὲν ὦνδρες ἀπολελύσθαι μοι δοκῶ. Pac. 13
οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη με μάττοντ' ἐσθίειν.
ὑμῶν δέ γ' εἴ τις οἶδ' ἐμοὶ κατειπάτω. 20
οὐκοῦν ἂν ἤδη τῶν θεατῶν τις λέγοι . . . 43
ἐγὼ δὲ τὸν λόγον γε τοῖσι παιδίοις 50
καὶ τοῖσιν ἀνδρίοισι καὶ τοῖς ἀνδράσιν
καὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν φράσω . . .
σιγήσαθ' ὡς φωνῆς ἀκούειν μοι δοκῶ. 61
ἃ δ' εἶπε πρῶτον ἡνίκ' ἤρχεθ' ἡ χολή 66
πευσέσθ'. . . .

εἴπω τι τῶν εἰωθότων ὦ δέσποτα, Ran. 1
ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι;

βούλεσθε δῆτ' ἐγὼ φράσω τίς εἴμ' ἐγώ; Philyll. fr. 8
ἡ τῶν προτενθῶν Δορπία καλουμένη.

‚προλογίζουσαν' haec Dorpiam locutam esse Kockius opinatur, quam opinionem res metrica ipsa quoque commendat.

Praeter locos hucusque prolatos ad spectatores conversi sunt trimetri:

αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγὼν Ach. 504
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

οὐ δεῖνα; θᾶσθε τῶδε τὰς ἀπιστίας Ach. 770
οὔ φατι τάνδε χοῖρον ἦμεν.
. . . καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶ δεξιός Equ. 228
— — — ξυλλήψεται.
. . . πάντως γε μὴν Equ. 232
γνωσθήσεται· τὸ γὰρ θέατρον δεξιόν.
*τῷ δῆτ' ἂν . . . χρησάμενος τεκμηρίῳ Equ. 1209
δόξαιμι κρίνειν τοῖς θεαταῖσιν σοφῶς;
τὶ δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; Nub. 180
καὶ τοῖς θεαταῖς ῥίπτε τῶν κριθῶν. — ἰδού. Pac. 962
— ἔδωκας ἤδη; — νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὥστε γε
τούτων ὅσοι πέρ εἰσι τῶν θεωμένων
οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐ κριθὴν ἔχει.
. . . πρὸς ταῦτα μὴ βραδύνετε Eccl. 1140
καὶ τῶν θεατῶν εἴ τις εὔνους τυγχάνει,
*καὶ τῶν κριτῶν εἰ μή τις ἑτέρωσε βλέπει,
ἴτω μεθ' ἡμῶν· πάντα γὰρ παρέξομεν.

Sed haec hactenus. Sufficiunt, credo, exempla, ex quibus novum comicorum artificium cognoscamus. Maiore illi cura versus ad spectatores conversos composuerunt atque diligentius eos expoliverunt.

2.

Insolentia maxima comici poetae omnia perstrinxerunt; hunc vel illum spectantium nominatim appellantes acerbissime irridentibus omnibus exagitabant. Quid? num forte illi quoque versus, qui talia continent, quippe qui ad spectatores directi sint, forma sunt elegantiore?

Rem optime intellegi posse puto ex versibus his:

**ἀκούετε λεῴ· κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χόας Ach. 1000
**πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος· ||
⏑ — ⏑⏑⏑ | — ⏑⏑ ⏑⏑⏑ | ⏑ — ⏑ — | 1000
— — ⏑⏑ — | ⏑ — ⏑ || ὅς δ' ἂν ἐκπίῃ
πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

Ctesiphon perstringitur. Post vocem ὅς, a qua incipit iocus, evanuerunt tribrachi dactyli anapaesti atque graviter metrum decurrit. —

** κεἴ τις ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν σοὶ φθονεῖ Pac. 444
** ἐς φῶς ἀνελθεῖν ὦ πότνι', || ἐν ταῖσιν μάχαις
πάσχοι τοιαῦτ' ἅτθ' οἷάπερ Κλεώνυμος.

* καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις, Av. 829
** ὅπου θεὸς γυνὴ γεγονυῖα πανοπλίαν ||
ἕστηκ' ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ κερκίδα;

... ὄψει ... κειμένους, εἴ πού .. τις .. πατρὸς γνάθον Ran. 149
* ἐπάταξεν ἢ 'πίορκον ὅρκον ὤμοσεν, ||
ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο.

* οὐδ' ἃς προσεδόκων κἀλογιζόμην ἐγὼ Lys. 61
** πρώτας παρέσεσθαι δεῦρο τὰς Ἀχαρνέων
* γυναῖκας, οὐχ' ἥκουσιν. || — ἡ γοῦν Θεογένους
ὡς δεῦρ' ἰοῦσα θοὐκάτειον ἤρετο.

Cum in horum trimetrorum structura metrica artificium subtile inesse appareat, tum illud quidem mihi elucere videtur: poeta augendae metri gravitatis causa, quo distinctius versus incidant in illos, quos exagitare studet, solutiones vitavit. De qua metri gravitate non hic solum nobis res est. Valet in omnibus locis quos in hac opusculi parte pertractamus explicandis. —

Redeamus ad versus, quibus singuli spectatorum irridentur, ac videamus, quae porro colligi possint exempla.

ἐμοὶ γὰρ ὦ γυναῖκες αἱ καθήμεναι ... Eccl. 165
— γυναῖκας αὖ δύστηνε τοὺς ἄνδρας λέγεις;
— * δι' Ἐπίγονόν γ' ἐκεινονί· βλέψασα γὰρ
ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ᾠόμην λέγειν.

... κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί. Vesp. 1408
ἄληθες οὗτος; — καὶ σὺ δή μοι Χαιρεφῶν 1412
γυναικὶ κλητεύων ἔοικας θαψίνῃ
* Ἰνοῖ κρεμαμένῃ προσπολῶν Εὐριπίδου.

... ὦ Κάρκινε ... σὺ δὲ Vesp. 1514
ἅλμην κύκα τούτοισιν, ἣν ἐγὼ κρατῶ.

Κηφισοφῶν ἄριστε καὶ μελάντατε Arist. fr. 580
σὺ δὴ συνέζης εἰς τὰ πόλλ' Εὐριπίδῃ
** καὶ συνεποίεις, ὥς φασι, τὴν τραγῳδίαν.

ἤρετο ... ὅστις φίλος κἄσπενδεν εἶναι μὴ μάχας Pac. 672
— εὐνούστατος μὲν ἦν μακρῷ Κλεώνυμος.

ἀλλ' ὦγαϑ' οὐδ' ἦν κάρδοπος Κλεωνύμῳ Nub. 673
ἀλλ' ἐν ϑυίᾳ στρογγίλῃ 'νεμάττετο.
ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς. Nub. 691
— *οὔκουν δικαίως ἥτις οὐ στρατεύεται;*
(ad spectatores) *ἀτὰρ τί ταῦϑ' ἃ πάντας ἴσμεν μανϑάνω;*
. . . *δίδωμι χιλίας δραχμάς. — δεχόμεϑα* Arist. fr. 100
δισχίλιαι γάρ εἰσι σὺν ταῖς Νικίου.
ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις, ὃν γ' ἔστιν λέγειν; Eupolid. fr. 96
— *ὁ Βουζύγης ἄριστος ἀλιτήριος.*
Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο Eupolid. fr. 31
** *κἀνταῦϑα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.*
Πυγμαρίων λοχαγὸς ἐκ τῶν κανϑάρων
τῶν μεζόνων οὕς φαντι τὰν Αἴτναν ἔχειν. Epich. fr. 57 (Ahr.)

Sufficiunt, ni fallor, haec exempla. Inprimis Eupolidis illud fr. 31 dignum est, quod accuratius consideretur. In belli Peloponnesiaci aetate versamur, qua certe multa cantica[1]) huiusmodi exstiterunt. Mea quidem sententia statuendum est aut Eupolidem tale canticum imitatum esse aut formam eo consilio elegantiorem reddidisse, quo facilius hi versus memoria tenerentur et inter omnium ora versarentur.

Haec habui quae dicerem de comicis poetis spectantium irrisoribus.

3.

Nota est gravitas, qua Aristophanes civium vitia ac mores corruptos vituperaverit. Ex Acharnensium loco, quem supra tractavimus, qui est de civium erga oratores blandos credulitate (vv. 370 ss., cf. pg. 12), Aristophanem tunc quoque, cum hoc censorium munus exsequatur, ad augendam sermonis gravitatem versus indissolutos adhibere cognovimus. Nunc quidem nostrum erit quaerere similia.

---

1) Si quis offendat in nomine cantici atque neget umquam cantica trimetris iambicis conscripta exstitisse, versus inspiciat Acharnensium 1182 ss. *δεινὸν ἐξηύδα μέλος κ. τ. λ.*, Pac. 289 ss. *νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει τὸ Δάτιδος μέλος κ. τ. λ.*

Pauca afferam ex multitudine exemplorum.

ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ Equ. 191
ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους...

ταῦθ' ἅπερ ποιεῖς ποίει Equ. 213
τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα
ἅπαντα καὶ τὸν δῆμον ἀεὶ προσποιοῦ
** ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς·
τὰ δ' ἄλλα σοι πρόσεστι δημαγωγικά,
ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ.

ὁ γὰρ γέρων (scl. ὁ Δῆμος) Equ. 762
οἴκοι μὲν ἀνδρῶν ἐστι δεξιώτατος
** ὅταν δ' ἐπὶ ταυτησὶ καθῆται τῆς πέτρας
κέχηνεν ὥσπερ ἐμποδίζων ἰσχάδας.

ἀλλ' ὦ μέλ' ὄψει τοι σφόδρ' αὐτὰς Ἀττικάς, Lys. 56
ἅπαντα δρώσας τοῦ δέοντος ὕστερον.

τὸν τῶν Ἀσαναίων γα μὰν ῥυάχετον Lys. 170
πᾷ κά τις ἀμπείσειεν αὖ μὴ πλαδδιῆν;

ναῦς δεῖ καθέλκειν· τῷ πένητι μὲν δοκεῖ, Eccl. 197
τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς οὐ δοκεῖ.
Κορινθίοις ἤχθεσθε, κἀκεῖνοί γε σοι·
νῦν εἰσὶ χρηστοί, καὶ σύ νυν χρηστὸς γενοῦ.

ὑμεῖς ἄρ' ἔστ' ὦ δῆμε τούτων αἴτιοι. Eccl. 205
ἢν οὖν ἐμοὶ πίθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι. Eccl. 209
ἀλλ' οὐ σὺ τούτων αἴτιος (sc. ὦ Δῆμε) μὴ φροντίσῃς, Equ. 1356
ἀλλ' οἵ σε ταῦτ' ἐξηπάτων· νυνδὶ φράσον·...

οὐ δεινὰ τολμᾶν τουτονὶ δημηγορεῖν. Eccl. 400
ὁρῶ γὰρ αὐτὴν (sc. τὴν πόλιν) προστάταισι χρωμένην Eccl. 176
ἀεὶ πονηροῖς.

Supra iam attuli (v. pg. 11) Acharnensium vv. 26 s.

εἰρήνη δ' ὅπως
ἔσται προτιμῶσ' οὐδέν· ὦ πόλις πόλις.

cf. Eupolidis fr. 205 ὦ πόλις πόλις·
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

Megarensis homo in Ach. iratus Athenienses increpat:

ποῖα σκόροδα; . . . ὑμὲς τῶν ἀεὶ Ach. 760
ὄκκ' ἐσβάλητε τὼς ἀρωραῖοι μύες
πάσσακι τὰς ἄγκλιδας ἐξορύσσετε.

Plato comicus cives vituperat, qui ostracismo Thucydidi et Aristidi similibusque apto Hyperbolum puniverint (fr. 187):

καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια·
οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

. . . οὐ πίνουσι κἀν τἠκκλησίᾳ; . . . νὴ τὴν Ἄρτεμιν Eccl. 135
καὶ ταῦτα γ' εὔζωρον. τά γ' οὖν βουλεύματα
αὐτῶν ὅσ' ἂν πράξωσιν ἐνθυμουμένοις
** *ὥσπερ μεθυόντων ἐστὶ παραπεπληγμένα.*
τοσαῦτ' ἂν ηὔχοντ' εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;
καὶ λοιδοροῦνταί γ' ὥσπερ ἐμπεπωκότες,
καὶ τὸν παροινοῦντ' ἐκφέρουσ' οἱ τοξόται.

cf. Equitum prologum, ubi vernarum alter *ἄκρατον* arcessi iubet hac de causa:

ἴσως γὰρ ἂν χρηστόν τι βουλευσαίμεθα. Equ. 86

μῶν ἡλιαστά; — μᾶλλα θατέρου τρόπου, Av. 109
ἀπηλιαστά. — σπείρεται καὶ τοῦτ' ἐκεῖ
τὸ σπέρμα;

ἡμῶν δὲ τοὺς πολλοὺς ἔφασκε τοῦτο δρᾶν (scl. *ἀποστερεῖν*)
— *νὴ τὸν Ποσειδῶ μαρτύρων γ' ἐναντίον.* Equ. 450 s.

οὔκουν ἰατρὸν εἰσάγειν ἐχρῆν τινά; Plut. 406
— *τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει;*
* *οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδὲν ἔστ' οὔθ' ἡ τέχνη.*
— *σκοπῶμεν.* — *ἀλλ' οὐκ ἔστιν.* — *οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ.*

Haec habui quae dicerem de more comicorum illo, ut elegantissimis trimetris orationem ad spectatores conversam complecterentur.

Caput secundum: De trimetris quae in scaena gerantur explicantibus.

1.

Inter Acharnensium versus supra (cf. praef. § 2) nobis memorabiles visi sunt vv. 744 ss., quibus pauperrimus ille Megarensis homo cum filiis tum spectatoribus explicat mutandas illas esse in figuras porculorum. Quattuor isti versus solutionibus caruerunt. Qua vero de causa rusticus ille homo tam expolitis utitur trimetris? Poeta hanc metamorphoseos insolitae explicationem altiore sono recitari voluit adiuvitque recitantem graviore metri incessu.

Obiter supra l. l. nobis quaerentibus in Acharnensium ipsa fabula similia occurrerunt. Dicaeopolis Amphitheo quae ei agenda sint explicat. Trimetris fere indissolutis utitur (cf. vv. 130 ss.) atque ita auditoribus ipsius fabulae argumenti partem communicat. Amphitheus se aufugiturum esse fatetur versu indissoluto (203). Nicarchum prodire Dicaeopolis versu indissoluto narrat (904). Eodem modo chorus nuntium appropinquare, Lamachi famulus dominum iamiam apportari spectatores docet versibus indissolutis (1069 s., 1189).

Tales versus graviore pondere recitari res ipsa postulabat nec indigni sunt, qui adhibita exemplorum larga multitudine accuratius a nobis considerentur.

2.

Suspenso certe animo spectatores chorum exspectabant, quia poetarum ingenium in hac re praecipue elaboravit, ut novas chori formas inducerent.[1]) Quod quidem attinet ad Aristophanem, videmus eum in fabulae illa parte, quae chori parodum praecedit, de choro quoque qualis sit loquentes facere personas, nisi quod, si choreutae vultum cottidianum non exuebant neque ut de Archarnensibus, qui essent, narrandum erat, poeta videlicet de choro non multa verba facit, id quod in Lys. Thesm. Eccl. Pluti fabulis observari potest. Ex quibus cum fere omnino non sit quod hic possit afferri, eo magis versus considerare interest, qui in fabulis

1) cf. Equ. 520 ss.

reliquis ad chori figuras explicandas dialogorum partibus inserti sunt ac primum quidem nobis res est de Vespis.

Philocleo *ὦ ξυνδικασταὶ καὶ Κλέων ἀμύνατε.* Vesp. 197
Bdelycleo **ἥξουσιν ὀλίγον ὕστερον* 214
** οἱ ξυνδικασταὶ παρακαλοῦντες τουτονὶ*
** τὸν πατέρα. κ. τ. λ.*
νὴ τὸν Δί' ὀψὲ νῦν ἀνεστήκασι γάρ. 217
** τὸ γένος ἥν τις ὀργίσῃ* 223
τὸ τῶν γερόντων ἔσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ.
ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον ἐκ τῆς ὀσφύος
** ὀξύτατον, ᾧ κεντοῦσι, καὶ κεκραγότες*
πηδῶσι καὶ βάλλουσιν ὥσπερ φέψαλοι.
Xanthias *μὴ φροντίσῃς· ἐὰν ἐγὼ λίθους ἔχω,* 228
πολλῶν δικαστῶν σφηκιὰν διασκεδῶ.

Praevalent versus indissoluti atque illi inprimis, qui Vespas describunt, elegantius elaborati sunt.

Acharnenses.

δεῖ γάρ με φεῦγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας Ach. 177
— τί δ' ἔστ'; — ἐγὼ μὲν δεῦρό σοι σπονδὰς φέρων.
ἔσπευδον. οἱ δ' ὤσφροντο πρεσβῦταί τινες
Ἀχαρνικοί, στιπτοὶ γέροντες πρίνινοι
*** ἀτεράμονες μαραθωνομάχαι σφενδάμνινοι.*[1]) 181

1) Ad versum 181 laxius conformatum pauca mihi adnotanda sunt. Saepius in huiusmodi descriptionibus versum indissolutum, qui personam introituram indicat, versus sequitur dissolutior, qui illius describit naturam. Hac subitoria metri immutatione sine dubio delectabatur animus spectantium. Semper enim iuvat quod inexspectatum venit.

cf. *λέγοιμ' ἂν ἤδη. νῷν γάρ ἐστι δεσπότης* Equ. 40
** ἄγροικος ὀργὴν κυαμοτρὼξ ἀκράχολος . . .*
δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ γίγνει μέγας Equ. 180
*** ὁτιὴν πονηρὸς κἀξ ἀγορᾶς εἶ καὶ θρασύς.*
τὰ δ' ἄλλα σοι πρόσεστι δημαγωγικά Equ. 217
*** φωνὴ μιαρά, γέγονας κακῶς, ἀγοραῖος εἶ.*
ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος ἥδιστος βίος Nub. 43
*** εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῇ κείμενος,*

. . . χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας. 200
— ἐγὼ δὲ φεύξομαί γε τοὺς Ἀχαρνέας.[1]) 203

Equites.

* ἀλλ' εἰσιν ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι 225
μισοῦντες αὐτὸν, οἳ βοηθήσουσί σοι
καὶ τῶν πολιτῶν οἱ καλοί τε κἀγαθοί,
καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶν δεξιός . . . ξυλλήψεται.

Ad spectatores magis quam ad botularium haec vernae verba directa esse ex versu 228 apparet.

Nubes. Aves.

In Equitibus chorus a verna advocatur (cf. vv. 242 ss.) eodemque modo in Nubibus a Socrate atque in Avibus ab upupa (cf. Nub. 263 ss., Av. 229 ss.). Quorum omnium orationes poeta aliis metris complexus est, ut nihil de iis mihi dicendum sit.

Pax.

νῦν ἐστιν ἡμῖν ὦνδρες Ἕλληνες καλὸν 292
. . . ἐξελκύσαι τὴν . . . Εἰρήνην . . .
ἀλλ' ὦ γεωργοὶ κἄμποροι καὶ τέκτονες 296
καὶ δημιουργοὶ καὶ μέτοικοι καὶ ξένοι
καὶ νησιῶται δεῦρ' ἴτ' ὦ πάντες λεῴ.

Ranae.

De choro *μεμυημένων* versus agunt:

* ἐντεῦθεν αὐλῶν τίς σε περίεισιν πνοή 154
ὄψει τε φῶς κάλλιστον ὥσπερ ἐνθαδί,

** βρύων μελίτταις καὶ προβάτοις καὶ στεμφύλοις.
ἆρ' οὗτος ἔστ' ἐκεῖνος ὃν καὶ φεύγομεν, Pac. 240
** ὁ δεῖνος, ὁ ταλαύρινος, ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν;
* τίς ἔστιν οὗτος; ὁ Τελέας ἐρεῖ ταδί· Av. 168
* ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος πετόμενος
** ἀτέκμαρτος οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων.

Cum ultimo versu compares Avium v. 35

** ἀνεπτόμεθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν.

Metrum ipsum volitare videtur (tribrachus pedis quinti, qui in Avium v. 169 inest, raro occurrit in tragoedia. cf. Aesch. Eumen. 780 *βαρύκοτος*).

1) cf. quae ad hunc versum adnotavi in pg. 12.

**καὶ μυρρινῶνας καὶ θιάσους εὐδαίμονας
ἀνδρῶν γυναικῶν καὶ κρότον χειρῶν πολύν.
οὗτος. — τί ἔστιν; — οὐ κατήκουσας; — τίνος; 312
— αὐλῶν πνοῆς. — ἔγωγε, καὶ δᾴδων γέ με
αὔρα τις εἰσέπνευσε μυστικωτάτη.
*τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖν' ὦ δέσποθ'. οἱ μεμυημένοι 318
ἐνταῦθά που παίζουσιν, οὓς ἔφραζε νῷν.

De choro ranarum versus agunt:

. . . ῥᾷστ'· ἀκούσει γὰρ μέλη 205
κάλλιστ' ἐπειδὰν ἐμβάλῃς ἅπαξ. — τίνων;
—* βατραχοκύκνων θαυμαστά.

Lysistrata. Plutus.

In Lysistratae fabula magni momenti erat explicare auditoribus non solum Athenienses sed etiam Boeotas aliasque mulieres conventuras esse.

ἢν δὲ ξυνέλθωσ' αἱ γυναῖκες ἐνθαδὶ Lys. 39
*αἵ τ' ἐκ Βοιωτῶν αἵ τε Πελοποννησίων
ἡμεῖς τε, κοινῇ σώσομεν τὴν Ἑλλάδα.

In Pluti fabula poeta et ex divitibus et ex pauperibus chorum componere poterat. Quos vero sibi elegerit, spectatoribus praedicit versibus 218 ss.

πολλοὶ δ' ἔσονται χἄτεροι νῷν ξύμμαχοι,
ὅσοις δικαίοις οὖσιν οὐκ ἦν ἄλφιτα.
— παπαῖ πονηρούς γ' εἶπας ἡμῖν συμμάχους.
— οὐκ ἤν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

3.

Iam satis nobis de choro actum sit. Denuo fabulas Aristophaneas perquiramus atque primum quidem iterum consideremus Acharnensium vv. 739 ss. (cf. pg. 13)

χοίρως γὰρ ὑμὲ σμενάσας φασῶ φέρεν . . . Ach. 739
ἀλλ' ἀμφίθεσθε καὶ ταδὶ τὰ ῥυγχία 744
κῆπειτεν ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε
ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κοΐξετε
χῆσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.

In porculorum figuras Megarensis homo filias permutat.

Hunc locum Vesparum in comparationem vocare licet:

ἀλλ' ὡς τάχιστα στῆθι τάσδε τὰς δετὰς Vesp. 1361
λαβοῦσ' ἵν' αὐτὸν τωθάσω νεανικῶς
οἵως ποθ' κ. τ. λ.

Philocleo scortum abdere studet. His autem versibus spectatoribus quomodo filium ludibrio habere velit exponit.

In utroque ludo haec observari possunt. Poeta utrique scaenae explicationem eorum, quae nunc essent agenda, praemisit. Non iam auditores suspenso animo exspectant, quid Megarensis vel Philocleo acturi sint, immo tollit poeta exspectationem.

Inspiciamus Equitum prologum. Vernae spectatoribus exposuerunt, quomodo res se habeant in domo Populi: calamitatis auctorem esse Cleonem. Remedium quaerentes oracula perlegerunt, ecce inveniunt:

ἀλλαντοπώλης ἔσθ' ὁ τοῦτον ἐξελῶν. Equ. 143
— *ἀλλαντοπώλης; ὦ Πόσειδον τῆς τέχνης.*
** *φέρε ποῦ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐξευρήσομεν;*
ζητῶμεν αὐτόν. — *ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται.*

Quid? nonne totius fabulae argumentum his paucis poeta prodit? Tollit igitur hic quoque exspectationem nec id inconsulto. Spectatores ex sola scaenicarum imaginum varietate ac pulchritudine voluptatem commode percipere debebant nulla exspectatione agitati et exempto metu, qui proprius fuit tragoediae, id maxime persequentes oculis, qua via poeta actionem ad finem praedictum conduceret.[1])

Sed redeamus ad trimetros. Versus, qui talem quam dixi argumenti pronuntiationem continent non mirum est poetam et graviore pondere recitari voluisse et diligentius conformasse. Quod cum iam in trimetris supra allatis observari possit, ex ceteris magis elucebit exemplis, quae nunc proferam.

---

1) Eadem res est, si poeta certamina instituit velut in Equitibus Cleonis et botularii, in Ranis Aeschyli et Euripidis, quorum certaminum exitum eventumque nemo est quin praevideat. Noluit poeta exspectationem suspendere.

ἐμοὶ σὺ ταυτασὶ λαβὼν ὀκτὼ δραχμὰς Ach. 130
* σπονδὰς ποίησον πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ
καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάτιδι.[1])

νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε Ach. 383
ἐνσκευάσασθαι μ' οἷον ἀθλιώτατον.

** ἐνταῦθ' ἀγοράζειν πᾶσι Πελοποννησίοις Ach. 720
* ἔξεστι καὶ Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτίοις κ. τ. λ.
ἐνταῦθα μήτε συκοφάντης εἰσίτω
μήτ' ἄλλος ὅστις φασιανός ἐστ' ἀνήρ.

In versu 720 metrum vocabulo ἀγοράζειν deletur. Qui vero pronuntiandi morem poetae ex exemplis supra allatis cognovit, his versibus auditis prodituros esse exspectabit primum quidem Megarensem, deinde Boeotum, tum sycophantam, denique alium etiam eius generis hominem, neque fallet eum opinio. —

Argumentum Avium fabulae in versibus inest 183 ss.

ἢν δ' οἰκίσητε τοῦτο καὶ φράξηθ' ἅπαξ,
ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις.
ὥστ' ἄρξετ' ἀνθρώπων μὲν ὥσπερ παρνόπων,
* τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ μηλίῳ.
... ὅταν θύσωσιν ἄνθρωποι θεοῖς, Av. 190
ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί,
* τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε.

ἔα· θεοί, Ζεῦ σῶτερ, εἰσὶν ἐλπίδες. Thesm. 1009
ἀνήρ ἔοικεν οὐ προδώσειν ἀλλά μοι
* σημεῖον ὑπεδήλωσε Περσεὺς ἐκδραμών,
** ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν. πάντως δέ μοι
τὰ δέσμ' ὑπάρχει. δῆλον οὖν τοῦτ' ἔσθ' ὅτι
ἥξει με σώσων· οὐ γὰρ ἂν παρέπτετο.

τὰ μὲν παρ' ἡμῖν ἴσθι σοι πεπεισμένα· Thesm. 1170
τὸν βάρβαρον δὲ τοῦτον αὐτὸς πεῖθε σύ.

ᾠὸν δ' ἐρήμας οὐ παρούσης ἐνθαδὶ Eccl. 885

---

1) Si poeta spectantium exspectationem excitare volebat, ita fere sententia conformanda erat: „Amphithee, velim pacem mihi soli etc. facere cum Lac. coneris. Sed res est magni periculi; insidiabuntur tibi rustici. Audesne?" Poeta vero huiusmodi exspectationem excitandam omnino non curavit, immo vitavit et declinavit.

ἐμοῦ τρυγήσειν καὶ προσάξεσθαί τινα
ᾄδουσ'· ἐγὼ δ' ἢν τοῦτο δρᾷς ἀντᾴσομαι.
***κεὶ γὰρ δι' ὄχλον τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις*
ὅμως ἔχει τερπνόν τι καὶ κωμῳδικόν.

Nonne sentis ad spectatores hoc scaenae sequentis argumentum directum esse?

Sed ne omnino exspectationis incitamenta in fabulis Aristophaneis inesse videar negare, satis mihi iam actum sit de his rebus, atque nunc quidem paucos ex multis versibus afferam, quos necesse fuit poetam ad explicandum actionis progressum inserere. Illorum quoque forma exquisitior est.

ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους Nub. 88
καὶ μάνθαν' ἐλθὼν ἂν ἐγὼ παραινέσω.

ἡμεῖς μὲν ὦ πρεσβῦτα συμβουλεύομεν, Nub. 794
εἴ σοί τις υἱός ἐστιν ἐκτεθραμμένος,
πέμπειν ἐκεῖνον ἀντὶ σαυτοῦ μανθάνειν.
— *ἀλλ' ἔστ' ἔμοιγε κ. τ. λ.*

αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοιν. Nub. 886

σαφής γ' ὁ χρησμὸς νὴ Δί'. ὦ πάντες θεοί, Lys. 777
μή νυν ἀπείπωμεν ταλαιπωρούμεναι,
ἀλλ' εἰσίωμεν. καὶ γὰρ αἰσχρὸν τουτονὶ
ὦ φίλταται τὸν χρησμὸν εἰ προδώσομεν.

... ὑμᾶς ἐν πόλει Lys. 1183
**ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν*
ὅρκους δ' ἐκεῖ καὶ πίστιν ἀλλήλοις δότε
κἤπειτα τὴν αὑτοῦ γυναῖχ' ὑμῶν λαβὼν
ἄπεισ' ἕκαστος. — ἀλλ' ἴωμεν ὡς τάχος.

ἐγὼ δέ γ' εὐξαίμην ἂν ἐντυχεῖν τινι Ran. 283
λαβεῖν τ' ἀγώνισμ' ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ.

ἐγὼ δὲ καὶ σύ γ' ὡς τάχιστα τὸν θεὸν Plut. 620
**ἐγκατακλινοῦντ' ἄγωμεν εἰς Ἀσκληπιοῦ.*

παῖ Καρίων τὰ στρώματ' ἐκφέρειν σ' ἐχρῆν Plut. 624
αὐτόν τ' ἄγειν τὸν Πλοῦτον, ὡς νομίζεται,
καὶ τἄλλ' ὅσ' ἐστὶν ἔνδον ηὐτρεπισμένα.

4.

καὶ μὴν ὁδὶ Νίκαρχος ἔρχεται φανῶν. Ach. 908

Hoc versu Dicaeopolis spectatoribus exponit quis sit qui adveniat, novaeque scaenae fit initium. Non igitur mirum est etiam alibi huius generis versus diligentius compositos esse, quorum multos nunc afferam.

ζητῶμεν αὐτόν. — ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται Equ. 146
**καὶ μὴν ὁ Παφλαγὼν οὑτοσὶ προσέρχεται* Equ. 234
**οἴμοι. — τί ἔστι; — Βδελυκλέων ἀνίσταται* Vesp. 137
**ὁδί τις ἕτερος, ὡς ἔοικεν, ἔρχεται* Vesp. 1415
καλούμενός σε. τόν γέ τοι κλητῆρ' ἔχει.
ὄπτα καλῶς νῦν αὐτά· καὶ γὰρ οὑτοσὶ Pac. 1043
**προσέρχεται δάφνῃ τις ἐστεφανωμένος.*
νὴ τὸν Δί', ὡς τὰ παιδί' ἤδη 'ξέρχεται. Pac. 1265
**ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος* Av. 1168
ἐσθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο πυρρίχην βλέπων.
ἀλλ' οὑτοσὶ τρέχει τις Ἀλφειὸν πνέων. Av. 1121
ἔοικεν οὐ ψευδαγγελήσειν ἄγγελος. Av. 1340
**ᾄδων γὰρ ὅδε τις ἀετοὺς προσέρχεται.*
ἡδὶ δὲ καὶ δὴ Λαμπιτὼ προσέρχεται. Lys. 77
πρέσβειρά τοι ναὶ τὼ σιὼ Βοιωτία Lys. 86
ἵκει ποθ' ἁμέ.
αὐτὴ γάρ, ὡς ἤκουσεν, ἤδ' ἐξέρχεται. Lys. 1107
ἀλλ' οὑτοιὶ γὰρ αὖθις ἔρχονται πάλιν Lys. 1239
ἐς ταὐτόν. οὐκ ἐρρήσετ' ὦ μαστιγίαι;
— νὴ τὸν Δί' ὡς ἤδη γε χωροῦσ' ἔνδοθεν. Lys. 1241
πλὴν ἥ γ' ἐμὴ κωμῆτις ἥδ' ἐξέρχεται. Lys. 5
ἀλλ' ἐκποδὼν πτήξωμεν, ὡς ἐξέρχεται Thesm. 36
**θεράπων τις αὐτοῦ πῦρ ἔχων καὶ μυρρίνας.*
σίγα. — τί δ' ἔστιν; — Ἀγάθων ἐξέρχεται. Thesm. 95
καὶ γάρ τιν' ἐκφέρουσιν οὑτοιὶ νεκρόν. Ran. 170
ἀπελθεῖν οἴκαδε Lys. 726
ἕλκουσιν. ἡδὶ γοῦν τις αὐτῶν ἔρχεται.
καὶ μὴν ὁρῶ καὶ Βλεψίδημον τουτονὶ Plut. 332
**προσιόντα.*

** *καὶ μὴν τὸ μειράκιον τοδὶ προσέρχεται* Plut. 1038
οὗπερ πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω.

καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν Ψευδαρτάβαν. Ach. 91
*ἥκω παρ' ὑμᾶς ... _ * (ἕτερον αὖ τουτὶ κακόν.)* Av. 992
ἥκω παρ' ὑμᾶς δεῦρο πωλήσων. _ τὸ τί; Av. 1038.
ἥκω φράσων τοῦτ' ἀγγελῶν θ' ὑμῖν, ἵνα ... Thesm. 579
ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον Aristoph. fr. 155
λιπών, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια.
γυναῖκα δὴ ζητοῦντες ἐνθάδ' ἥκομεν ... Aristoph. fr. 451
ἐκ τῶν ἀγρῶν ἥκουσιν ἐβλαστηκότες ... Eupol. fr. 329

Hunc Eupolidis versum in initio scaenae positum fuisse puto.

* *νυνὶ μὲν ἥκουσιν Μεγαρόθεν, εἰσὶ δὲ* Stratt. fr. 26, 2
* *Κορίνθιαι· Λαῒς μὲν ἡδὶ Μεγακλέους.*
ἔξεισιν ἄκων δεῦρο πέρδικος τρόπον. Pherecr. fr. 150

ὁδὶ δὲ χαὐτός. ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν. Ach. 1189
ὁδὶ γὰρ ἀνήρ ἐστιν, ὅς μ' ἀπώλεσεν. Vesp. 1389
ὁδὶ δὲ χαὐτός ἐστιν. ἀλλὰ χρὴ θεᾶς ... Av. 1718
ὁδὶ γὰρ αὐτός ἐστιν· εἴ τι γρύξομαι ... Alcaei fr. 22
ἰδοὺ πάρειμι. μῶν ἐπισχεῖν σοι δοκῶ; Pac. 1042

ἰδοὺ κύλιξ σοι καὶ τράπεζα καὶ φακοί. Pherecr. fr. 67, 3
* *τὸ μὲν πόλισμα τῆς Νεφελοκοκκυγίας* Av. 1565
ὁρᾶν τοδὶ πάρεστιν οἷ πρεσβεύομεν.
* *τὴν Σμικυθίωνος δ' οὐχ ὁρᾷς Μελιστίχην* Eccl. 46
σπεύδουσαν ἐν ταῖς ἐμβάσιν; καί μοι δοκεῖ...
τὴν τοῦ καπήλου δ' οὐχ ὁρᾷς Γευσιστράτην Eccl. 52
ἔχουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ τὴν λαμπάδα;

In versibus quos ultimo loco protuli poeta descriptionem personarum, quae in scaenam prodeunt, iniecto illo *οὐχ ὁρᾷς;* vividiorem reddidit neque vero metrum delevit. Quibus trimetris iam ad aliud hoc exemplorum genus perducimur, quod sequitur.

ὁδὶ δὲ τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων; Ach. 122
τίς οὑτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; οὔ τί που Nub. 1260
τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο;
* *τίς ἔστιν; οὐ δή που Βλέπυρος ὁ γειτνιῶν;* Eccl. 327
νὴ τὸν Δί' αὐτὸς δῆτ' ἐκεῖνος. εἰπέ μοι
τί τουτό σοι τὸ πυρρόν ἐστιν; _ κ. τ. λ.

οὗτος τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς; — πόθεν;... Eccl. 976
οὐκ ἠγόρευον; οὗτός ἐστ' οὐκ Ἀργόλας. Arist fr. 298
οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον. Ach. 41
**τοῦτ' ἔστι τουτὶ τὸ κακὸν αὔθ' οὑγὼ 'λεγον.* Pac. 64
τίς ὠλολυγά; — τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον. Lys. 240

**ἀλλ' Ἀμφίθεός μοι ποῦ 'στιν; — οὑτοσὶ πάρα.* Ach. 129
ἀλλ' αὑτηὶ τίς ἔστιν; — ἡ νυμφεύτρια. Ach. 1056
ποῦ μοι τὸ τοῦ Κλεωνύμου 'στι παιδίον; Pac. 1295
ὁδὶ δὲ δὴ τίς ἔστιν ὄρνις; οὐκ ἐρεῖς; Av. 67
ἡδὶ δὲ δὴ τίς ἔστιν ἡ τὸ παιδίον || ἔχουσα;... Thesm. 608
***τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς κενταυρικῶς* Ran. 38
ἐνήλαθ' ὅστις. εἰπέ μοι τουτὶ τί ἦν;
τουτὶ τί ἔστι; — τοῦτο; λίμνη νὴ Δία Ran. 181
αὕτη 'στιν ἣν ἔφραζε καὶ πλοῖόν γ' ὁρῶ.
—**νὴ τὸν Ποσειδῶ κἄστι γ' ὁ Χάρων οὑτοσί.*
... ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις Ran. 1305
αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο Μοῦσ' Εὐριπίδου.
σὺ δ' εἶ τίς; ὠχρὰ μὲν γὰρ εἶναί μοι δοκεῖς. Plut. 422
τίς ἔσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν; τουτὶ τί ἦν; Plut. 1097
εἰσὶν δὲ ποῦ; Arist. fr. 388
—*αἱδὶ κατ' αὐτὴν ἣν βλέπεις τὴν εἴσοδον.*
ἔστι ... τοῦτο τί; Plat. fr. 173, 3 ss.
—*Φιλοξένου καινή τις ὀψαρτυσία.*

Haec habui exempla versuum, quibus advenientes a personis quae in scaena versantur describuntur. Non vero minus diligenter ii trimetri compositi sunt, qui primi a personis cum prodeant recitantur.

ποῦ Πισθέταιρός ἐστιν ἄρχων; — οὑτοσί. Av. 1122
πᾷ τᾶν Ἀσανᾶν ἐστιν ἁ γερωία Lys. 980
**ἠ τοὶ πρυτάνιες; λῶ τι μυσίξαι νέον.*
τίς ἂν φράσειε ποῦ 'στιν ἡ Λυσιστράτη; Lys. 1086
ὡς ἄνδρες ἡμεῖς οὑτοιὶ τοιουτοιί.
οἴμοι τάλας. — ὦ Ἡράκλεις τίς οὑτοσί; Ach. 1018
οἴμοι τάλας ὀρνιθοθήρα τουτωί. Av. 62
οἴμοι τάλας ὁ Ζεὺς ὅπως μή μ' ὄψεται. Av. 1494
ποῦ Πισθέταιρός ἐστ'; — ἔα τουτὶ τί ἦν;

ἰδοὺ θέασαι, κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω. Equ. 996
_ *οἴμ' ὡς χεσείω, κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω.*

Sagittarius quoque, cuius de versibus laxissimis supra dixi (in adnotatione pg. 34), cum Mnesilochum ducens prodeat, initium loquendi versu indissoluto facit:

ἐνταῦτα νῦν οἰμῶξι πρὸς τὴν αἰτρίαν. Thesm. 1001

Sed iam satis multa exempla mihi attulisse videor, praesertim cum verear, ne sint qui dicant omnino mirum non esse, quod poeta scaenarum initium versibus artis elegantioris distinxit.

5.

Eodem modo quo in initio scaenarum, in fine scaenarum comici poetae rem metricam diligentius curare solent. Hoc quoque mirum non esse dicat fortasse, cui ex Shakespearii sive Schilleri fabulis id notum est distinxisse illos scaenarum vel actuum fines versuum clausulis inter se consonantibus. Tamen et Graecorum poetarum artificium dignum est, quod accuratius consideretur, qui scilicet non homoeoteleuta sed pedum tantum structuram exactiorem ad exitum significandum adhibebant.

Inspiciamus exempla:

τὴν ἀσπίδ' αἶρου καὶ βάδιζ' ὦ παῖ λαβών. Ach. 1140
ἰδοὺ βάδιζε. μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω. Equ. 724
βάδιζε τοίνυν ὕστερος· σὺ δ' ὦ Σίκων Eccl. 867
καὶ Παρμένων αἴρεσθε τὴν παμπησίαν.
* *βάδιζ'· ἐγὼ δέ σου κατόπιν εἰσέρχομαι.* Plut. 1094
ἄπελθε ταυτηνὶ λαβών. _ ἀπέρχομαι. Ach. 465
ἄπελθε τουτονὶ λαβών. _ ἀπέρχομαι. Av. 948
ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ στέμματα. Av. 893
καὶ ξυσταθεύσω τοῦτον. ἀλλ' ἀπέλθετε. Lys. 844
. . . *ἀλλ' εἴσιτον.* Ran. 669
ὁ δεσπότης γὰρ αὐτὸς ὑμᾶς γνώσεται
χἠ Φερσεφάτθ' ἅτ' ὄντε κἀκείνω θεώ.
ἀλλ' εἴσιθ'. ὡς τὸ πρᾶγμ' ἐλέγξαι βούλομαι Arist. fr. 246
τουτί· κ. τ. λ.
. . . *ἄγ' ὡς τάχιστ' ἐς τὴν λόχμην* Av. 207
ἔσβαινε κἀνέγειρε τὴν ἀηδόνα.

* ὑπόκυπτε τὰν τύλαν ἰὼν Ἰσμήνιχε.	Ach. 954
καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰών, ἵν' οὑτοσὶ	Equ. 970
αὐτῶν ἀκούσῃ· κ. τ. λ.	
οὔκουν . . . μεταθρέξει ταχὺ . . .;	Pac. 261
ἔγωγε νὴ Δί'. εἰ δὲ μή, 'γὼ κλαύσομαι.	
ἀλλ' εἴσαγ' ὡς τάχιστα ταυτηνὶ λαβών.	Pac. 842
ἐγὼ δ' ἄπειμι — δεῦρό νυν ὦ Θρᾶτθ' ἕπου.	Thesm. 279
ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε· χρῆν παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα.	Equ. 751
ἴωμεν ἐς τὸν δῆμον. — οὐδὲν κωλύει.	Equ. 723
(. . . ἄνιππον). ἀλλ' εἴσειμι, σοῦ δ' οὐ φροντιῶ.	Nub. 125
ἀτὰρ μέτειμί γ' αὐτόν. ἢν δὲ μὴ θέλῃ,	Nub. 801
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ 'κ τῆς οἰκίας.	
ἄπειμι, καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι	Nub. 1254
** θήσω πρυτανεῖ' ἢ μηκέτι ζῴην ἐγώ.	
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι πρὶν πληγὰς λαβεῖν.	Vesp. 1325
ἐγὼ δέ, μισεῖ γάρ μ', ἄπειμ' ἐξ ὀμμάτων.	Phryn. fr. 81 [1])
ἐγὼ δ' ἐπὶ σπλάγχν' εἶμι καὶ θυλήματα.	Pac. 1040
* ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ	Eupol. fr. 183
κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.	
ἐγὼ δὲ δοίδυκ' εἰσιὼν ποιήσομαι.	Pac. 288
ἀλλ' εἰσιὼν τῷ κανθάρῳ δώσω πιεῖν.	Pac. 49
ἐγὼ δ' ἰὼν	
πέμψω πλακοῦντ' ἐς ἑσπέραν χαρίσιον.	Arist. fr. 202
ἴωμεν. ἡγοῦ δὴ σὺ νῷν τὐχἀγαθῇ.	Av. 675
* ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενί	Av. 1056
θύσοντες εἴσω τοῖς θεοῖσι τὸν τράγον.	
καὶ μὴν βαδίζω. — σπεῦδέ νυν. — τοῦτ' αὐτὸ δρῶ.	Plut. 414
. . . τά τ' ἄλλα πάντα κἀποδεῖρασ' οἴχεται.	Lys. 952
ἀλλ' οἴχεται φεύγων, ὃν εἶχες μάρτυρα.	Plut. 933
αὕτη μὲν ἡμῖν ἡπίτριπτος οἴχεται.	Plut. 619
δείξει τάχ' αὐτός, ὡς ἔγωγ' ἀπέρχομαι.	Eccl. 935
. . . ἐμαυτὸν εἰς ἀπωλίαν οἰχήσομαι.	Plat. fr. 199
πωτάομαι· κράτιστα γὰρ παντᾷ λέγεις.	Lys. 1013
ἐγὼ δ' ὑπαντῆσαί γ' ἐκείνοις βούλομαι.	Plut. 770

---

1) De hoc versu cf. pg. 28.

ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ δεῖπνον ἤδη ’πείξομαι. Eccl. 1149
ἔχω δέ τοι καὶ δᾷδα ταυτηνὶ καλῶς.
φεύγεις; ἐμέλλον σ’ ἆρα κινήσειν ἐγὼ Nub. 1301
αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι καὶ ξυνωρίσιν.
. . . κλάων γε σύ, Ach. 827
εἰ μὴ ’τέρωσε συκοφαντήσεις τρέχων.
οὐκ ἀποίσεις τοὺς νόμους; Av. 1044
πικροὺς ἐγώ σοι τήμερον δείξω νόμους.
** οὔκουν ἑτέρωσε πετομένη Av. 1260
καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά;
οὐκ εἶ λαβὼν θύραζε τὰ ψηφίσματα Arist. fr. 584
* καὶ τὴν ἀνάγκην ἐς κόρακας ἐντευθενί;

Non omnia quae exstant exempla protuli. Qui Aristophanis fabulas et antiquae comoediae fragmenta perleget, plura inveniet, attamen observabit ut Shakespearium et Schillerum ita Aristophanem quoque libere suo artificio usum esse. Lex enim certa et inviolata in talibus omnino non quaerenda est.[1])

6.

ὁδὶ δὲ καὐτός· ἀλλ’ ἄνοιγε τὴν θύραν. Ach. 1189

Haec verba ad unum directa sunt servorum, qui res scaenicas curabant atque attente illud *ἄνοιγε* exspectare debebant. Nominantur servi isti *ἔνδοθέν τις* vel *τὶς;* bis Manem inveni appellatum:

* Μανῆς δὲ φερέτω μοι θύραζε τὰ πτερά. Av. 1311
** μὰ Δί’ ἀλλὰ τοῦτό γ’ οἴκαδ’ ὦ Μανῆ φέρε. Lys. 908

Versus allati artis expolitiores non sunt. Aliter vero res se habet in versibus his:

ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων. Ach. 805
ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν δᾷδ’ ἢ λύχνον. Thesm. 238
τὸ κρεᾴδιον Plut. 227
τῶν ἔδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.

---

1) Nub. 887 ἐγὼ δ’ ἀπέσσομαι. _ τοῦτό νυν μέμνησ’ ὅπως . . . Sic AR; ἐγὼ δ’ ἀπέσομαι relq.; Bentleius ἐγὼ δ’ ἄπειμι. Favent huic Bentlei coniecturae exempla, quae supra collegi.

** (*καὶ — ⏑ — καὶ*) *τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν*	Plat. fr. 10
καὶ τοὐπιπόρπαμ(' ἐκδότω.) [1]	
ἐκδότω δέ τις	Arist. fr. 348
** *καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο.*	
ἐμοὶ δὲ δᾷδ' ἐνεγκάτω τις ἡμμένην.	Nub. 1490
ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω.	Vesp. 860
ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο δᾷδας ἡμμένας.	Plut. 1194
τόξευε, παῖε. σφενδόνην τίς μοι δότω.	Av. 1187
εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' ἐσκυκλησάτω.	Thesm. 265
κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.	Equ. 1249
** *ἄνοιγ' ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον.*	Nub. 181
μαθητιῶ γάρ· ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν.	Nub. 183
ἄνοιγε τὴν ὕλην, ἵν' ἐξέλθω ποτέ.	Av. 92
ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν; παῖ, παιδίον.	Nub. 132
τίς ἐν Διὸς θύραισιν; οὐκ ἀνοίξετε;	Pac. 179

Haec habui exempla versuum ad servos publicos directorum. Sequuntur versus ad tibicines directi:

ὑμὲς δ' ὅσοι Θείβαθεν αὐληταὶ πάρα	Ach. 862
τοῖς ὀστίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.	
* *σὺ δ' ὦ Τερηδὼν ἐπαναφύσα περσικόν.*	Thesm. 1175
αὔλει μοι μέλος,	Amips. fr. 22
σὺ δ' ᾆδε πρὸς τήνδ' (** *ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως.*)	
— αὔλει σύ, καὶ σὺ τὴν ἄμυστιν λαμβανε.	

Ex his quoque versibus cognosci potest poetas comicos huiusmodi iussa, ut facilius auribus percipiantur, trimetris formae perpolitioris comprehendisse.

Ultimo denique loco versus afferam signum continentes quo audito tibicines concinere incipiebant.

ἔγειρε δὴ νῦν Μοῦσα Κρητικὸν μέλος.	Cratini fr. 222
χαῖρε δὴ κ. τ. λ.	
ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπᾴσετε.	Ran. 874

---

1) Pollux 10, 190 *ἐπιπόρπαμα κιθαρῳδοῦ σκευή, ὡς Πλάτων . . . δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοὐπιπόρπαμα.* Verbum *δότω* Poll. in initio posuit, quia sequitur enumeratio, cuius in fine id vocabulum affert, cuius gratia verba Platonis protulit. Ordinem igitur verborum a Polluce institutum nego servandum esse.

ἀλλὰ χρὴ θεᾶς Av. 1718
* Μούσης ἀνοίγειν ἱερὸν εὔφημον στόμα.
ᾄδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον. Arist. fr. 491
ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον. Equ. 8
ἀλλ ὦ τέκνον σὲ μὲν τὸ σαυτῆς χρὴ ποιεῖν Thesm. 1062
* κλάειν ἐλεινῶς. — σὲ δ' ἐπικλάειν ὕστερον.
— ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ', ἀλλ' ἄρχου γόων.
ᾠὸν ... προσάξεσθαί τινα Eccl. 885
ᾄδουσ'. ἐγὼ δ' ἢν τοῦτο δρᾷς ἀντᾴσομαι.
κἀείσω καλὸν Lys. 1243
ἐς τὼς Ἀσαναίως τε χἄμ' ἄεισμ' ἁμᾶ.
ἐγὼ | ἐπᾴσομαι μέλος τι μελλοδειπνικόν. Eccl. 1152
... Αἰσχίνης ... | ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικὸς κἀντᾴσεται. Vesp. 1242
εὖ οἶδ' ὅτι | οὐ πράγματ ᾄσει. σώφρονος γὰρ εἶ πατρός. Pac. 1296
οὔποψ μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται. Av. 226
σίγα· μελῳδίαν παρασκευάζεται. Thesm. 99

Horum quoque versuum lima optime elaborata est atque, quia nullos fere pedes solutos continent, maiore pondere recitari possunt et optime dialogorum partes concludunt.

Iam ad finem perduximus quaestiunculam de trimetris quae in scaena agantur explicantibus. Multa sane exempla exstant quae non attuli, sed quid plura? Ex allatis mea quidem sententia satis evidenter apparet inter subtiliora artificia comicorum poetarum parvi momenti non esse illud, quo sententiae ad explicandam actionem insertae versibus castigatioribus concipiuntur.

Caput tertium: De reliquis trimetris, qui ut ex multitudine emineant carent solutionibus.

1.

Actum est de comicorum trimetris iis quibus ad spectatores orationem dirigebant, transactum etiam de iis quibus actionis progressum explicabant, videamus nunc quidem omnino eos trimetros, quos graviore pondere recitari voluerint, elegantius ab iis esse conformatos.

Diiudicat e. gr. Populus in Equitibus ultimum certaminum, quae inter botularium et Cleonem instituta sunt, versu 1216

αὕτη μὲν ἡ κίστη τὰ τοῦ δήμου φρονεῖ.

Bacchus vero in Ranis Aeschylum iudicat vicisse versu 1471

ἡ γλῶττ' ὀμώμοκ', Αἰσχύλον δ' αἱρήσομαι.

Botularius in Equitum exodo de Cleone sententiam fert hanc:

οὐδὲν μέγ' ἀλλ' ἢ τὴν ἐμὴν ἕξει τέχνην. Equ. 1397. —

Strepsiades a discipulo quaerit, quis sit homo in lectulo suspenso:

αὐτός. — τίς αὐτός; — Σωκράτης. — ὦ Σώκρατες. Nub. 219. —

Summa Socraticorum lex haec est:

ἀλλ' οὐ θέμις πλὴν τοῖς μαθηταῖσιν λέγειν. Nub. 140

quam filio Strepsiades repetit:

ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξεις μηδένα. Nub. 824. —

Obliviosum discipulum tandem Socrates dimittit:

ὑθλεῖς· ἄπερρ', οὐκ ἄν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι. Nub. 783. —

Canis accusatus in Vespis obsolvitur:

δείξειν ἔοικεν. — ἐκπέφευγας ὦ Λάβης. Vesp. 994. —

In Avibus tandem convenit pax inter deos et aves:

Nept. *εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, κἀμοὶ συνδοκεῖ.* Av. 1630

Herc. *οὗτος, δοκεῖ δρᾶν ταῦτα τοῦ σκήπτρου πέρι.*

Totius Lysistratae fabulae summa datur versu 1278

εὐλαβώμεθα

τὸ λοιπὸν αὖθις μὴ 'ξαμαρτάνειν ἔτι.

Euripides in Thesmophoriazusis sagittarium, ne nomen Artemisiae obliviscatur, monet versu

μέμνησο τοίνυν τοὔνομ'. — Ἀρταμουξία Thesm. 1201.

In Pluti fabula Cario longae orationis quae est de sanatione Pluti summam enarrat versu indissoluto:

ὁ Πλοῦτος, ὦ δέσποιν', ἀνειστήκει βλέπων. Plut. 738.

In Acharnensibus Megarensis homo stupentem Dicaeopolidem interrogat

ἦ οὐ χοῖρός ἐστ' ἅδ'; — οὐκ ἔμοιγε φαίνεται. Ach. 769

Hunc versum ea de causa poeta indissolutum formavit, quia infra posuit versum

αὕτα 'στὶ χοῖρος; — νῦν γε χοῖρος φαίνεται. Ach. 781

Versum 769 ab auditoribus memoria teneri voluit, dum progressa sit oratio usque ad versum 781 simillimum.

Res eadem est in Pacis versibus:

δοίην ἂν αὐτοῖν ἰσχάδων τρεῖς χοίνικας. Pac. 1217
οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς. Pac. 1223

Sed haec hactenus. Sufficiunt ni fallor exempla, quae multa adhuc in comicorum trimetris artificia latere doceant. Simul tamen illi quos modo consideravimus versus propterea quoque solutiones vitant, ut augeantur pondera verborum: eadem de causa qua trimetri in capitibus I, II tractati exactius excusi sunt. Pergamus igitur in afferendis exemplis et investigandis artificiis.

2.

Denuo ex Acharnensium fabula initium faciamus, in cuius prologo Dicaeopolis pauca affert, quae gaudio ei fuerint, multa, quae aegre tulerit, quorum gravissimum inducitur versu 17 indissoluto:

ἀλλ' οὐδεπώποτ' ἐξ ὅτου 'γὼ ῥύπτομαι . . .

Legatus postquam pauca quae in itinere acciderint narravit, novum atque gravissimum referre coepit versu 91 indissoluto:

καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν Ψευδαρτάβαν . . .

Euripidis famulus quid dominus agat explicare incipit:

ὁ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια . . . Ach. 398

Apparet, quid Aristophanes his versibus indissolutis consequi voluerit. Cum autem non omnia exempla, quae proferam, hoc modo pertractare possim, versus solum exscribam.

καὶ μὰν φέρω χᾶνας λαγὼς ἀλώπεκας . . . Ach. 878
οὐκ ἀλλ' ἐγὼ χὡ παῖς ἐρίζομεν πάλαι . . . Ach. 1114
ἀλλ' οἵ γ' ἐμοὶ λέγουσιν ὡς ἄρξαι σε δεῖ . . . Equ. 965
οὑμοὶ δέ γ' αὖ λέγουσιν ὡς ἁλουργίδα . . . Equ. 967
οὐ τοῦτό φησιν ἀλλὰ ναῦς ἑκάστοτε . . . Equ. 1070
ἐκεινοιὶ γὰρ ὡς ἔμ' ἔρχονταί τινες . . . Equ. 1196
φήσεις γ' ἐπειδὰν τὰς τριακοντούτιδας . . . Equ. 1388

Quocum versu eiusdem coloris versum compares:

τί δῆτα λέξεις, τἀπίλοιπ' ἥνπερ πύθῃ; Pher. fr. 108, 22
ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης ... Nub. 144
ἀνήρετ' αὐτὸν Χαιρεφῶν ὁ Σφήττιος ... Nub. 156
ἔφασκεν εἶναι τοὔντερον τῆς ἐμπίδος ... Nub. 160
ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς ... Nub. 171

